§. 1. Quum sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus frater Joseph Brotons procurator generalis, ut asserit, fratrum excalceatorum nuncupatorum ordinis s. Francisci in Hispania, pia quædam sodalitas, seu congregatio puellarum sub invocatione Conceptionis beatæ Mariæ virginis, ac sub directione prædictorum fratrum excalceatorum cœnobii de Liria istius Valentiniæ diœcesis, plus quam quinquaginta ab hinc annis instituta existat: quæ quidem puellæ conveniunt invicem in cœnobii ejusdem oratorio seu cappella magnifice extracta, et Conceptioni ejusdem beatissimæ virginis dicata, ubi per eas fit in singulos menses sacramentalis confessio, et generalis communio, aliæque quam plurimæ, ac magna cum frequentia populi, sacræ per annum exercentur functiones, cupiatque propterea dictus exponens, quo magis magisque in Christifidelibus ad recollendam nostræ dominæ Conceptionem augeatur devotio, prædictam sodalitatem seu congregationem per Nos approbari, Nostræque auctoritatis præsidio communiri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsum exponentem, puellas, ac cæteros omnes ad dictam  
*Bull. Rom. Tom. XI. F. 71.*

congregationem quomodolibet spectantes, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinanti, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de narratis, et quatenus spirituali animarum emolumento, ac majori Deiparæ venerationi id cessurum fore perspexeris prædictam puellarum sodalitatem, seu congregationem auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tui arbitrio, et prudentia approbes, atque confirmes, ac ratam, approbatam, confirmatamque decernas, atque declares; nec non eidem, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis et indultis, quibus piæ aliæ per apostolicam Sedem approbatæ, et confirmatæ sodalitates, seu congregationes utuntur, fruuntur, et gaudent, similiter uti, frui, et gaudere possit, ac valeat, auctoritate et tenore prædictis indulgeas, atque concedas.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda martii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

Dat. die  
28 martii  
1893  
anno IV.

CXIII.

Concessio speciosiorum insignium, et privilegiorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Civitatis Castellii.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad sublime apostolicæ Sedis solium divina miseratione imparibus licet meritis evecti, inter plurimas gravissimasque muneris Nostri curas, quibus continuo premimur, eam nullo modo prætereundam esse potamus, ut in ecclesiis omnibus præsertim cathedralibus quantum fieri potest divinus cultus, et sacrarum ministrorum decor et reverentia semper augeatur. Nos itaque ad expositam preces Nostræ considerationis aciem dirigentes nonnulla interdum annuendo concedere convenit, prout rerum et locorum qualitas ac personarum divino cultui in eisdem cathedralibus ecclesiis addictarum dignitas, et honorificentia exigit, et Nos arbitramur in Domino salubriter ex-dire.

Expositio præ-cum.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum capituli et canonicorum cathedralis ecclesiae Civitatis Castellii, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Civitas ipsa Castellii Tiphernium nuncupata, quam olim municipium, et coloniam Romanorum extitisse communis fama refert tum ob illius vetustatem, et situs amœnitatem, tum nobilium familiarum, quarum plures inclyti militaris et hospitalaris sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque equestribus ordinibus adscriptæ reperiuntur, tum denique clarissimorum hominum numerum, qui literis et armis, ac vitæ sanctimoniam summopere floruerunt, quos inter sanctæ memoriæ Cælestinus secundus pontifex maximus, et unus qui ad regiam Poloniæ solium evectus fuit, ac duodecim S.R.E. cardinalium collegio aggregati, sexaginto episcopi, et quinque archiepiscopi, aliique etiam plures enumerantur, quos inter beatorum et sanctorum numerum relatos civitas ipsa habuisse glo-

riatur, adeo proinde celebris evasit, ut inter primarias Umbriæ provinciæ civitates merito adnumeretur. Ipsa quoque cathedralis ecclesia tum originis antiquitate et magnificentia, tum etiam conspicuo canonicorum cætu, qui ex primariis nobilibusque dictæ Civitatis Castellii familiis desumuntur, valde pro se ipsa elucescit, illiusque capitulum præposito scilicet præposituram inibi post pontificalem majorem, et archidiacono archidiaconatum secundam etiam inibi dignitates respective existentes, atque septendecim canonicos, totidemque canonicatus, totidemque præbendas respective in ea obtinentibus componitur, qui omnes una cum mansionariis, aliisque ministris, et clericis Altissimo famulantes divina officia, cæterasque ecclesiasticas functiones in ipsa cathedrali ecclesia summo cum decore et honorificentia explere non desinunt.

§. 3. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat præpositus, et archidiaconus, ac canonici prædicti, qui jam præpositus et archidiaconus prædicti videlicet mantelletta nigri coloris super rocchetto; canonici vero prædicti cappa magna pellibus armellinis ornata hyemali, æstivo vero temporibus rocchetto cum cotta ex concessione apostolica utuntur, quique in temporum miserrimo statu et calamitate, optima, spectatissimaque fide sese gesserunt, et huic divi Petri cathedræ præclaræ obedientiæ specimina præbuerunt. Considerantes quod plurimum dictæ cathedralis ecclesiae decori et vetustati, ipsiusque capituli nobilitati conveniat, ut ipsi speciosioribus signis et privilegiis ad divinum cultum, et ecclesiae splendorem, nec non ejusdem civitatis ornamentum augendum condecorentur, et ad hoc ut tam civitatis prædictæ celebritas, quam dictæ cathedralis ecclesiae decus et honor, ac dignitas et nobilitas capituli hujusmodi clarius effulgeat, plurimum cupiant eis per Nos, et Sedem apostolicam, ut infra, benigne indulgeri prout ipsemet venerabilis frater Noster modernus episcopus Civitatis Castellii id maxime exoptat, et dilectus filius Antonius ex comitibus Berioli modernus ejusdem cathedralis ecclesiae præpositus peculiare suæ benevolentiae signum erga ipsam cathedralem ecclesiam exhibere desiderans, infrascriptas honorum

Descriptio vestium quibus utuntur canonici, et dignitates.

prærogativas, a prædicta Sede apostolica propriis sumptibus impetrare paratus existit. Quare pro parte dictorum præpositi, et archidiaconi, ac canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis favorabiliter annuere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor consecrationis.

§. 4. Nos igitur, qui pro Sanctæ Matris Ecclesiæ honoris augmento omnem expendimus operam, ipsosque modernos præpositum et archidiaconum, ac canonicos dictæ cathedralis ecclesiæ specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ipsosque et eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem modernis et pro tempore existentibus, præposito et archidiacono ac canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ ut ipsi, eorumque in præpositum, et archidiaconatu, ac singulis canonicatibus, et præbendis dictæ cathedralis ecclesiæ respective successores, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus palmatoria, et canone, præpositus videlicet in divinarum officiorum et missarum tam solemnium quam lectarum celebratione, aliisque ecclesiasticis functionibus tam publicis quam privatis tam in dicta cathedrali ecclesia quam extra eam, et archidiaconus in missarum tam solemnium quam lectarum in dicta ecclesia tantum, canonici vero, eorumque respective successores præfati in missarum solemnium tantum respective celebratione, in ipsa pariter cathedrali ecclesia tantum uti libere et licite possint et valeant, nec non præpositus et archidiaconus præfati vestem oblongam seu subthanam, et mantelletam laneam hyemali, æstivo vero temporibus sericam violacei respective coloris et tam ipsi, quam canonici nunc et pro tempore existentes præfati crucem lamine cupreo aurato efformatam, numisma in medio continentem, in cujus recto imago B.M.V. Gratiarum conceptæ, in inverso vero imago divi Floridi dictæ cathedralis eccle-

*Bull. Rom. Tom. XI. F. 71.*

siæ titularis, totiusque civitatis patroni insculpta sit, ac alias juxta præfate crucis formam in præsentibus, et in earum calce delineatam, eamque redimiculo serico nigro et flavo respective coloribus intexto alligatam de collo pendentem ad pectus, tam super vestes chorales et talares, non autem super paramenta sacra, et dummodo minor sit, et forma differat a cruce episcopali, quam super vestes succinetas tam in præfata cathedrali ecclesia, quam extra eam etiam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus tam publicis quam privatis, semper ubique etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis vel edendis, etiam in præsentia S.R.E. cardinalium, et de latere legatorum, vicelegatorum, ac Nostrorum, et Sedis apostolicæ prædictæ nunciorum, archiepiscoporum, episcoporum, et ordinariis etiam propriis deferre, et ad hoc ut ipsius cathedralis ecclesiæ capitulum a clero totius diœcesis distinguatur, eidem præposito et archidiacono, singulisque canonicis nunc et pro tempore respective existentibus prædictis, ut ipsi collare ejusdem violacei coloris, et pileum fasciola itidem serica prædicti violacei coloris ornatam, etiam ubique quotidie pariter deferre et gestare, illisque etiam uti respective possit et valeat, et quilibet eorum etiam respective possit et valeat apostolica auctoritate perpetuo concedimus et indulgemus.

§. 5. Ipsosque præpositum et archidiaconum, ac canonicos, eorumque respective successores prædictos desuper a quoquam quavis causa vel occasione, aut quovis prætextu et quacumque auctoritate molestari, perturbari, inquietari, impediri, nullatenus unquam posse vel debere. Præsentes quoque semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque modernis, et pro tempore existentibus præposito et archidiacono, ac canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, nec illas sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ ema-

Clausele salutare, et irritantes.



nabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plevarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictos modernos, et pro tempore existentes prepositum, et archidiaconum, ac canonicos prefatos dictæ cathedralis ecclesiæ quodcumque eligendos concessas esse et fore. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, ac honore et præminencia fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S.R.E. cardinales etiam, de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios prefatos, judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Delegatio con-  
tratorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in eisdem synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis in genere vel in specie, aut aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide, hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sauctio poen-  
lis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutio- nis, concessionis, indulti, decreti, et

derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, quinto kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIV.

Confirmatio decreti defuncti episcopi Tudertini pro Philippo Angeli rectore ecclesiæ villæ de Turre Ceccona Tudertinæ diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Philippus Angeli parochialis ecclesiæ villæ de Turre Ceccona Tudertinæ diocesis rector Nobis nuper exponi fecit a bo. me. Hieronymo Formaliari, dum vixit, episcopo Tudertino, ad ecclesiæ prædictæ reddituum summam viginti novem scutatorum, et oboli octoginta quatuor cum dimidio monetæ Romanæ tunc temporis non excedentium, tenuitatem reficiendam, ejusque rectoris indigentias sublevandas per suum decretum in actu sacre visitationis editum die xxiv maii MDCCLVIII unum ecclesiasticum simplex beneficium sub titulo sancti Laurentii intra limites parochiæ villæ Cloani ejusdem Tudertinæ diocesis erectum cum omnibus illius redditibus, juribus, et pertinentiis eidem parochiali ecclesiæ univert, et incorporaverit, ejusque pro tempore existenti rectori assignaverit, reservato tamen, et successive obtento consensu dilectorum filiorum capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Tudertinæ, ac alias, prout ex eodem decreto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusiùs continetur. Cumque dictus Philippus rector, quo idem decretum, et omnia inde secuta firmitus subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ pa-

Dat. die  
1 aprilis  
1803  
anno IV.

Expositio præ-  
cum.

trocinio commuāiri plurimum desideret.

Tenor confirmationis apostolica.

§. 2. Nos ipsum Philippum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem decretum, et singula in eo contenta, et expressa, atque etiam inde rite secuta auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuae apostolicae firmitatis robur adii-cimus, ac omnes et singulos juris, et facti, si qui desuper in eo inter-venierint defectus auctoritate, et tenore praedictis, suppletus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Philippo, aliisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemis-sis per quoscumque iudices ordina-rios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-trariorum.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apo-stolicis, ac in universalibus, provin-cialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus con-stitutionibus, et ordinationibus, cae-terisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, et decla-ramus, ut literis apostolicis per no-vos futuros rectores pro provisione dic-tae ecclesiae in posterum expediendis beneficii quoque hujusmodi pro-visio eorum favore comprehendi om-nino debeat, secus praesentes nullae sint eo ipso. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontifica-tus Nostri anno quarto.

Concessio favore canonicorum eccle-siasticae collegiatae terrae Mercatelli, ut in loco almutiarum et cottarum, ma-gistris insignes vestes gestare valeant.

Fides PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam

Quantum splendoris, et Proemium. venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnita-tum sacerdotibus suis praescripsit ves-tes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani po-puli frequentia, sacris ministris ibi-dem Altissimo famulantibus saepe par-ticularia, et ad eam dignitatem expr-imendam aptissima insignia defe-renda concessit.

Dat. die 1 aprilis 1803 anno IV.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii archi-presbyter, canonici, et mansionarii insignis, ut asseritur, collegiatae sub titulo sanctorum apostolorum Petri, et Pauli terrae Mercatelli Urbaniensis diocesis, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et do-ctrina, populique frequentia, ac devo-tione non mediocriter floreat, mul-tum honorificentiae et splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora suscipe-ret incrementa, si ejusdem collegia-tae unica dignitas archipresbyter, ca-nonici, et mansionarii novis insigniis, novisque decorationibus donentur.

Expositio pro-cum.

§. 3. Nos igitur dictos exponen-tes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singu-lares personas, a quibusvis excom-municationis, suspensionis, et inter-dicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cau-sa latis, si quibus quomodolibet in-nodatae existunt, ad effectum praesen-tium dumtaxat consequendum har-um serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter por-rectis inclinati, modernis, ac pro tempore in perpetuum existentibus ar-chipresbytero, et canonicis dictae col-

Tenor conces-sionis.

legiatae sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ut loco almutiarum, et cottarum, quas adhuc deferre consueverunt, archipresbyter rocchetum, et mantelletam, ac vestem oblongam violaceas, itemque fasciam cum floccis sericis ejusdem violacei coloris: canonici vero rocchetum, et mozzetam violaceam tela serica cremisini coloris subsutam, cum globalis, et asulis sericis ejusdem cremisini coloris, ac demum mansionarii mozzetam nigram supra cottam tam in ecclesia praedicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, canonicos, et mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Decretio con-  
traciorum.



CXCVI.

Dat. die  
5 aprilis  
1803  
anno IV.

Facultas episcopo Narniensi transferendi ad ecclesiam matricem sodalitium Sacramenti terrae Stronconis, et assignandi ecclesiam ejusdem sodalitati monasterio Ursolinarum ipsius oppidi.

Venerabili fratri episcopo  
Narniensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.


§. 1. **E**xpositum Nobis fraternitatis tuae nomine fuit, quod tu in episcopali istius tuae diocesis visitatione sodalitatem Sacramenti terrae Stronconis in tantam temporalium aequae ac spiritualium perturbationem comperiisti collapsam, ut cum non omnibus una posses statim consulere, ea tantum, quae urgentiora videbantur, reparare curaveris, reliqua vero ad aliud tempus opportunius componenda transtuleris. Quia tamen sodalitatis ejusdem ecclesia praeter expoliationem supellectilium plane universam eo ob datum anteactas clades jacebat in statu, ut officia divina ullo amplius modo exerceri in ea nequirent, tu illam monasterio monialium Ursulinarum nuncupatarum, ubi oratorium vix perangustum ac numeroso ejus oppidi populo ad sacras functiones illuc confluenti prorsus impar existit, cedi statuisti, sodalitatem autem in collegiatam, et curatam ecclesiam s. Michaelis Arcangeli transferri: quod quidem adeo gratum acceptumque illi capitulo fuit, ut per actum capitularem ad id expresse consenserit, et cappellam cum altari in ecclesiam, ac quaedam in ecclesiae aede conclavia sodalitati pro ejus usibus designaverit. Accedit, quod per translationem hujusmodi proprius atque facilius suae satisfacere institutioni poterit dicta sodalitas, quoties sacrosanctum viaticum infirmis deferendum eam comitari contingat; nam etsi comitati hujusmodi praesto quoque esse debeat quoad alteram simul collegiatam et parochialem ecclesiam sancti Nicolai, huic tamen aliud sodalitium, quod dicitur de Suffragio, manet ad-

Expositio ge-  
cum.

unctum. Hinc quo isthæc omnia fir-  
mius, solidiusque subsistant, nec ul-  
lo unquam tempore, ulloque sub ti-  
tulo possint in iurgium, ac disputa-  
tionem adduci, Nobis humiliter sup-  
plicari fecisti, ut in præmissis, op-  
portune providere, et ut infra indul-  
gere de benignitate apostolica digna-  
remur.

§. 3. Nos igitur te specialibus gra-  
tiis et favoribus prosequi volentes, et  
a quibusvis excommunicationis, et  
interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-  
suris, sententiis, et pœnis quovis mo-  
do, et quacumque de causa latis, si  
quas forte incurristi, hujus tantum  
rei gratia absolventes, et absolutum  
fore censentes, supplicationibus tuo  
nomine Nobis humiliter porrectis in-  
clinati, attenta super præmissis re-  
latione tua, ac dilecti filii magistri  
Emmanuelis De Gregorio secretarii  
congregationis Concilii, fraternitati  
tuæ per præsentem committimus, ut  
veris existentibus enarratis, ad enun-  
ciatam translationem sodalitatæ prædi-  
ctæ, et ad ecclesiæ ad eam spectan-  
tis cessionem favore monasterii mo-  
nialium Ursolarum pro tuo arbitrio  
et conscientia de venire libere ac li-  
cite possis et valeas; Nos enim tibi  
facultates omnes ad id necessarias au-  
ctoritate apostolica tenore præsentium  
tribuimus, atque impertimur.

§. 4. Non obstantibus constitu-  
tionibus et ordinationibus apostolicis,  
cæterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud sanctam Mariam  
Majorem sub annulo piscatoris die  
quinta aprilis millesimo octingente-  
simo tertio, pontificatus Nostri anno  
quarto.



CXCVII.

Facultas præposito, et canonicis colle-  
giatæ B. M. V. de Suffragio Privernen-  
sis civitatis gestandi rocchetum, et  
mozzetam violaceam in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam:

§. 1. Quantum splendoris, ac  
venerationis vel ipsa sacra indumenta  
oculis, animisque Christi fidelium in-  
gerere valeant optime tenens Aposto-  
lica Mater Ecclesia non solum varias  
pro varietate festorum, et solemnita-  
tum sacerdotibus suis præscripsit ve-  
stes, sed etiam in iis templis, in qui-  
bus major est populi christiani fre-  
quentia, sacris ministris ibidem Al-  
tissimo famulantibus sæpe particula-  
ria, et ad eorum dignitatem expri-  
mendam aptissima insignia deferen-  
da concessit.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis  
nuper exponi fecerunt dilecti filii Pau-  
lus Pandolfo præpositus, ac Domi-  
nicus Baratta, Petrus Spadaro, Fran-  
ciscus Gabioli, Antonius Reale, Ja-  
cobus Pasquarelli, Joseph Rosa, Do-  
minicus Uliya, et Joannes Lucatel-  
li canonici ecclesiæ collegiatæ sub  
titulo B. M. V. de Suffragio civita-  
tis Privernensis, ejusdem collegiatæ  
ecclesiæ canonicis ex eo tempore, quo  
ipsa in collegiatam ut asseritur, au-  
ctoritate apostolica fuit erecta illud  
inter cætera literas apostolicas præ-  
scriptum remanserit, ut successive  
aliqua ex insigniis collegiatibus pro-  
se ab hac sancta Sede obtinerent de-  
ferenda, Nobis propterea humiliter  
supplicari fecerunt, ut in præmissis  
opportune providere, et ut infra in-  
dulgere de benignitate apostolica di-  
gnaremur.

§. 3. Nos igitur dictos expo-  
nentes specialibus gratiis, et favori-  
bus prosequi volentes, et eorum singula-  
res personas a quibusvis excommunica-  
tionis, et interdicti, aliisque ecclesia-  
sticis censuris, sententiis, et pœnis  
quovis modo, et quacumque de cau-  
sa latis, si quas forte incurrerint, hu-  
jus tantum rei gratia absolventes, et  
absolutos fore censentes supplicationi-  
bus eorum nomine Nobis humiliter  
porrectis inclinati, prædictis moder-

Dat. die  
5 aprilis  
1803  
anno IV.

Proœmium.

Expositio pro  
cum.

Tenor conces-  
sionis.

Tenor conces-  
sionis.

Dérogatio con-  
trariorum.

nis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis prædictæ collegiæ B. M. V., ut ipsi rocchetum, et mozzetam violaceam cum globulis, et asulis sericis cremisini coloris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nulloatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVIII.

Novæ leges super modo procedendi adversus debitores R. C. A.

## NOTIFICAZIONE

Alessandro Lante della Santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

§. 1. La morosità de' debitori della R. C. A. e l'indugi, che sotto varj pretesti sogliono molti frammettere nel pagamento di ciò, che le devono o per censi di appalti, o per altri diritti camerale, recando non lieve disagio, e pregiudizio al pubblico erario, specialmente nelle circostanze, nelle quali deve supplire a spese, e pesi gravissimi, esiggevano dalla sovrana provvidenza di Nostro Signore qualche opportuno rimedio. Quindi la santità di Nostro Signore ha giudicato esser necessario con suo moto proprio richiamare ad osservanza le precedenti leggi, e costituzioni sul pronto pagamento de' censi, e debiti verso la R. C. A., e sulla speditezza de' giudizi di mano regia, aggiugnendovi quegli altri savj provvedimenti, che ha conosciuti a proposito per togliere ogni abuso, e sotterfugio, come più diffusamente apparisce dalla cedola del lodato moto proprio segnato li 23. del passato mese, che è del seguente tenore.

R.P.D. Chesau-  
rarius chiro-  
graphum exe-  
quendam rece-  
pisse declarat.

PIUS PAPA VII.

Motu proprio

§. 2. Essendosi riconosciuto il pregiudizio, che risente la Nostra camera dal ritardo de' pagamenti dovuti dagli appaltatori, e dagli altri suoi debitori, i quali per trattenere i giudizi e la esecuzione della mano regia loro intimata avanti monsignor tesoriere generale dai procuratori del fisco, sovente allegano esser pendente avanti il tribunale della piena camera, talvolta anche con Nostro rescritto, l'esame stragiudiziale de' loro debiti o di questioni, che vi hanno rap-

Tenor chiro-  
graphi.

porto: abbiamo giudicato doverci evitare questo pregiudizio, ed inconveniente. Pertanto colla presente cedola di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà primieramente confermando le costituzioni dei Nostri predecessori, e la disposizione del diritto comune per la pronta esazione de' tributi, e degli altri crediti fiscali, e segnatamente le costituzioni di Gregorio XIII., e di Sisto V., le quali non permettono, che si ritardi la esecuzione de' giudicati del tesoriere generale, e di chi giudica per esso, nè che si possa ammetterne l'appellazione se non in devolutivo, e quelle richiamando in uso, e volendo che onnipamente debbano osservarsi. Di più ordiniamo che qualunque estra-giudiziale pendenza si ritrovi ora, anche per Nostro pontificio rescritto, e speciale delegazione introdotta, o s'introduca in avvenire, sia su negozj principali sia sulle domande di bonifici o defalchi, e qualsivoglia altra cosa connessa o emergente avanti il tribunale della piena camera, o collegio de' chierici di camera, o qualsivoglia altra congregazione, o tribunale, non possa mai in modo alcuno impedire la introduzione dei giudizi ad istanza della Nostra camera, ed erario pubblico avanti il tribunale di monsignor tesoriere generale pro tempore, ed altri giudici fiscali del Nostro stato contro gli appaltatori, finanziari, enfiteuti, amministratori o detentori de' beni camerati, o di spogli ecclesiastici, o contro altri debitori della camera apostolica, e dell'erario pubblico, nè possano ritardare gli atti, e la esecuzione reale, e personale della mano regia, e di altri rimedj fiscali, e la consumazione della subasta, e di qualunque altro atto occorrente all'oggetto della pronta esazione dei diritti, e crediti suddetti: ma solamente permettiamo, che le risoluzioni, che intanto si emanassero dal tribunale della piena camera o da altro, a cui fossero state tali delegate cognizioni stragiudiziali, si possano allegare, e produrre per prove, e documenti di ragioni, e diritti avanti il tesoriere generale, e chi giudica per lui nelle cause contro i debitori dell'erario, e camera apostolica, e non mai per impedire la introduzione di quelli, o sospen-

*Bull. Rom. Tom. XII. F. 72.*

derne il progresso e fine; essendo Nostra assoluta volontà, che tutti gli appaltatori, e altri debitori suddetti, e chiunque si trova obbligato verso l'erario pubblico, e camera apostolica debba essere sempre sollecitamente astretto al pagamento, senza che possano attendersi simili pendenze estra-giudiziali, e neppure qualunque avocazione di causa, o inibizione, che col pretesto ed occasione di tali pendenze si venissero ad intentare formalmente, le quali potranno sempre impunemente disprezzarsi dai difensori del fisco, quando non siano formali inibizioni segnate di Nostra mano, o di Nostra piena intelligenza, e dei Nostri successori.

§ 3. Volendo, e decretando, che la presente cedola di Nostro moto proprio ammessa, e registrata in camera a norma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia, e debba osservarsi, ancorchè non vi sia stato citato monsignor commissario della camera, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi diritto, o ragione, e che così, e non altrimenti debba sempre osservarsi, giudicarsi, e definirsi da monsignor tesoriere generale, dalla piena camera, e rmo camerlengo, dal rmo segretario di stato, dal Nostro uditore, a cui inculchiamo di non concedere alcuna inibizione su tali oggetti senza preventivo Nostro ordine, e da qualsivoglia altro giudice ordinario, o delegato, tribunale, o congregazione, anche di rmi cardinali, togliendo ad ognuno la facoltà di arbitrare, definire, o interpretare diversamente; e dichiarando nullo ed invalido tutto ciò, che altrimenti si decidesse o interpretasse: non ostante qualsivoglia legge, canone, costituzione, ordine, consuetudine, o stile, che facesse, o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per espresso, per l'oggetto della presente Nostra disposizione, espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 23. aprile 1803.

*Clausulae salutaris, et irritantes.*

#### PIUS PP. VII.

§. 4. Mentre adunque noi facciamo nota al pubblico questa sovrana disposizione, anche per autorità del nostro officio ne inculchiamo a tutti

*Executio.*

la più esatta osservanza. E questa nostra notificazione affissa, e pubblicata nei luoghi soliti di questa capitale, e in tutte le altre città, e luoghi principali dello stato Ecclesiastico, obbligherà ciascuno, come se fosse stata ad ognuno personalmente intimata.

Data dalla nostra residenza questo di 4. maggio 1803.

Alessandro Lante tesoriere gen.

G. Pecci commissario generale della R. C. A.

F. Gregorj segretario, e cancelliere della R. C. A.

### CXCIX.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ a monialibus excalceatis ordinis B. M. V. de Mercede redemptionis captivorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriã.

§. 1. **C**um, sicut dilectus filius Christophorus a s. Serapione nuncupatus procurator generalis ordinis B. M. V. de Mercede redemptionis captivorum excalceatorum nuncupatorum pro parte monialium ejusdem ordinis monasterii Ursaonensis Hispanensis diocesis Nobis nuper exponi fecit, diciæ moniales pluribus ab hinc annis quoddam pium exercitium in adorationem, venerationemque sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, ac in honorem sacri Cordis Jesu pie instituerint, distribuendo videlicet unicuique earum unum diem, ab ipsis appellatum solitudinis, seu secessus, quem integrum, exceptis tamen horis, in quibus moniales choro intersunt, ad assiduam venerationem, et adorationem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti insumunt; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut ad majus tam pii operis incrementum, non solum monialibus dicti monasterii Ursaonensis, sed etiam aliorum monasteriorum ejusdem ordinis B. M. V. de Mercede excalceatarum nuncupatarum cælestes Ecclesiæ thesauros de be-

nignitate apostolica reserare dignemur.

§. 2. Nos igitur prædictarum monialium devotionem magis excitare volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Nobis a Domino tradita, deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, unicuique ex monialibus tam dicti Ursaonensis, quam aliorum monasteriorum ejusdem ordinis, quæ talem devotionem amplexæ fuerint, die, ut præfertur, ab ipsis appellato solitudinis, seu secessus, si vere pœnitens, et confessa sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserit, et coram eodem sanctissimo Eucharistiæ sacramento e choro, seu e cratribus propriæ respectivæ ecclesiæ pias ad Deum preces effuderit, eundemque diem integrum, ut præfertur, in piis meditationibus, grâtiarum actionibus, aliisque orationibus, prout unicuique earum suggeret devotio insumpserit, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione oraverit; plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 3. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus validuris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel ejusdem procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris diæ vicesima sexta aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Tenor concessionis.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

Dat. die  
26 aprilis  
1803  
anno IV.

Expositio præcæm.

Dat. die  
29 aprilis  
1803  
anno IV.

CC.

Facultas episcopo Leiriensi faciendi reservationes, easque seminario applicandi ejusdem diocesis.

Venerabili fratri Emmanueli  
episcopo Leiriensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem

Ratio concessio-  
nis.

§. 1. **F**raternitatis tuæ in seminario clericorum, unde utiles operarios vinea Domini præstolatur, et accipit, cura sollicita jure a Nobis expostulat, ut te ad ea, quæ pro salubri ejus tuitione provido moliris consilio, expedite perficienda omni, qua cum Domino possumus, juvare ope nitamur.

Expositio pre-  
cam.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecisti, tuæ istius ecclesiæ seminarium in tam arcta pauperie versari, ut annui ejus redditus ad quadraginta circiter monetæ Romanæ scutata tantum pertingant: patere idcirco evidenter periculum, patere etiam detrimentum diocesis universæ, ad quam maxime refert, ut qui ex adolescentulis clericali se vitæ devoveant, æque habeant diversorium, atque palestram, ubi moribus, literis, ecclesiæque institutis, teneram agentes ætatem opportune instruantur, bonæque eorum educationis fructum omnes communiter deinde percipiant. Qua propter in re tanti momenti pastoralis te zelo permotum seminario isti tuo per sequentia remedia prospicere statuisse, scilicet reservando.

I.

Tenor reserva-  
tionum facta-  
rum ab episco-  
po favore se-  
minarii.

§. 3. Decimam partem reddituum episcopalis tuæ mensæ.

II.

Decimam itidem partem reddituum tuæ cathedralis ecclesiæ dignitatum, et canonicatum integram præbendam habentium.

III.

Quintam partem reddituum fabricæ ejusdem cathedralis.

IV.

Dimidiam decimam reddituum ad dignitates et canonicatus insignis, ut ajunt, collegiatae ecclesiæ de Ourrem spectantium: loco autem dimidiæ decimæ quartam tantam partem reddituum dignitatis cantoratus nuncupat. ipsius collegiatae.

V.

Dimidiam pariter decimam redditus beneficiorum in collegiatis ecclesiis sanctæ Mariæ, s. Johannis, et s. Petri Portus de Moz, nec non prioratus villæ de Alpedriz existentium.

VI.

Sub lege tamen quod decimæ, dimidiæ decimæ, quartæ, et quintæ partes prædictæ præstari omnino debeant tum libere præsertim ab omni onere, sive impositum illud jam sit, sive imponatur in posterum; tum in eadem specie fructuum, qua fructus ipsi e propriis fundis prædiisque sumuntur.

VII.

Demum cum declaratione, quod reservationes hujusmodi super redditibus dignitatum canonicatum, et beneficiorum, quæ sunt recensita superius, non habeant locum, nec suum sortiantur effectum, nisi quum eadem dignitates, canonicatus, et beneficia quam primum vacaverint, ut nempe actuales eorum possessores, quoad ipsi vixerint, omni vacui molestia permaneant. Quoniam vero etiam de tractis, reservatisque decimis, dimidiis decimis, quartis et quintis partibus enarratis, multum adhuc de dd. dignitatum, canonicatum, et beneficiorum redditibus superest, quod eorum possessores futuros sat congrue ac honeste valeat sustentare, ideo te ad illa, quæ animo intendis, canonicæ executioni mandanda apostolicæ auctoritatis præsidium vehementer cupere; humiliterque a Nobis expetere.



Laudat consi-  
lium pontificis  
illudque ex-  
quendum esse  
declarat.

§. 4. Nos igitur laudabilibus vo-  
tis tuis hujusmodi plene obsecunda-  
re, atque specialibus gratiis, et fa-  
voribus excommunicationis, et interdi-  
cti, aliisque ecclesiasticis censuris,  
sententiis, et poenis quovis modo, et  
quacumque, de causa latis, si quas  
forte incurristi, hujus tantum rei gra-  
tiis absolventes, et absolutum fore cen-  
sentes; supplicationibus tuo nomine  
Nobis humiliter porrectis inclinati fra-  
teritati tuæ omnes, et singulas decimas,  
dimidias decimas, quartas, et quintas  
partes reddituum tam mensæ tuæ epi-  
scopalis, quam dignitatum et canonica-  
tum, quibus integra inest præbenda,  
tuæ cathedralis ecclesiæ ejusque fabri-  
cæ, nec una dignitatum, canonicatum,  
et cantoratus collegiæ insignis de  
Oarem, ac beneficiorum quoque alia-  
rum collegiarum portus de Moz,  
et prioratus villæ de Alpedriz tuæ  
istius diocesis, easque modo et for-  
ma, ac conditionibus supra expressis,  
auctoritate Nostra apostolica reser-  
vandi, et in dotem seminarii clerico-  
rum diocesanorum perpetuo assi-  
gnandi, atque constituendi, plenam,  
et amplam facultatem juxta petita  
eadem auctoritate tenore præsentium  
tribuimus, et impertimur.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Decernentes propterea easdem  
præsentis literis firmas, validas, et ef-  
ficaces existere, et fore, suosque plena-  
rios, et integros effectus sortiri, et obti-  
nere, ac tibi, et seminario prædicto ad  
quos spectat, et pro tempore quan-  
documque spectabit, in omnibus, et per  
omnia plenissime suffragari; sicque  
in præmissis per quoscumque judices  
ordinarios, et delegatos etiam causarum  
palatii Nostri apostolici auditores,  
judicari, et definiri debere, ac irritum,  
et inane si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 6. Non obstantibus felicis re-  
cordationis Benedicti pp. XIV. præde-  
cessoris Nostri super divisione mate-  
riarum, aliisque constitutionibus, et  
ordinationibus apostolicis, nec non  
prædictarum mensæ, fabricæ, et ec-  
clesiarum dignitatum, canonicatum  
et beneficiorum etiam juramento,  
confirmatione apostolica, vel qua-  
vis firmitate alia roboratis fundatio-  
nibus, exemptionibus, privilegiis, sta-  
tutis, et consuetudinibus; quibus om-  
nibus et singulis, illorum tenores præ-

sentibus pro plene, et sufficienter ex-  
pressis, ac de verbo ad verbum inser-  
tis habentes, illis alias in suo robore  
permansuris ad præmissorum effe-  
ctum hac vice dumtaxat specialiter,  
et expresse derogamus, cæterisque  
contrariis quibuscumque. Datum Ro-  
mæ apud sanctam Mariam Majorem  
sub anno piscatoris die vicesima nona  
aprilis millesimo octingentesimo ter-  
tio, pontificatus Nostri anno quarto

CCL

Dat. die  
10 maii  
1803  
anno IV.

Indulgetur canonicis, et beneficiatis  
collegiæ Mevanie Spoletanæ diocē-  
sis, ut loco mozzetæ, quam adhuc  
deferre consueverunt dignitates man-  
telletam nigram, canonici cappam  
magnam, ætate autem cottam supra  
rocchetum, beneficiati vero cappam  
magnam supra cottam gestare pos-  
sint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum venerationis vel <sup>Brocnium.</sup>  
ipsa sacra indumenta oculis, animis-  
que christifidelium ingerere valeant  
optime tenens Apostolica Mater Eccle-  
sia non solum varias pro varietate fe-  
storum sacerdotibus suis sacra facien-  
tibus præscripsit vestes, sed etiam in  
templis magis conspicuis, ubi major  
est populi christiani frequentia sacris  
ministris ibidem Altissimo famulan-  
tibus sæpe particularia, et ad eorum  
dignitatem exprimentam aptissima  
insigna deferenda concessit.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis <sup>Expositio præ-</sup>  
nuper exponi fecerunt dilecti filii ca-  
pitulum, et canonici parochialis, et  
ut asseritur, insignis collegiæ sancti  
Michaelis Arcangeli oppidi Me-  
vanie Spoletanæ diocesis, in qua  
prior, et præpositus dignitates, qua-  
tuordecim canonici, sex beneficiati,  
ac duo cappellani chorales existunt,  
collegiata ipsi antiquitatis laude, sa-  
crarum suppellectilium copia, sacer-  
dotum probitate, et doctrina, popu-  
lique frequentia, et devotione ita flo-  
reat, ut jure merito una ex illustri-  
oribus, et vetustioribus dictæ diocesis  
ecclesiis habeatur, multum honori-

ficientiæ, et splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susceperet incrementa, si ejusdem collegiati prior, et præpositus, ac etiam canonici, et beneficiati novis insignibus, et honorificentis per Nos, et hanc apostolicam Sedem donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus factum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, præposito, et canonicis dictæ collegiati, ut loco mozzetæ, quam adhuc deferre consueverunt, duæ dignitates prædictæ mantelletam nigram supra rochetum in omnibus anni temporibus, canonici vero cappam magnam violaceam, vulgo *di saja pavonazza*, cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris, et cum pellibus armelliis hyemali, aestivo autem tempore cottam supra rochetum, beneficiati autem cappam magnam cum pellibus armelliis cineracei coloris, vulgo *bigio*, supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, et indulgemus, dictosque priorem, præpositum, canonicos, et beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiati etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis

quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

## CCII.

Dat. die  
10 maii  
1803  
anno IV.

Instante rege catholico, facultas eidem tribuitur incorporandi suæ regni coronæ, ac etiam in perpetuum alienandi singula bona stabilia ad unam commendam militiæ de Alcantara spectantia, supportatis tamen oneribus.

Carissimo in Christo filio Nostro  
Karolo Hispaniarum regi  
catholico.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem.

§. 1. **M**ajestatis tuæ nomine expositum Nobis nuper fuit, quod tanta pecuniæ vis per te, qui militiæ ordinis de Alcantara administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existis, ad regni tuæ coronæ decus sustinendam, ac tuos subditos, religionemque ipsam catholicam in tuis florentissimis regnis tuendam adhuc impendi debuit, ut ad aliquantum subsidii eidem coronæ pro aliis necessariis hujusmodi impensis comparandum omnia bona commendæ, seu præceptoris de Casas de Calatrava dictæ militiæ de Alcantara ad præsens vacantis annui redditus novendecim circiter mille, septingentorum nonaginta novem regalium de Vellon eidem regni coronæ perpetuo uniri, et adjungi, ac etiam in perpetuum vendi, et alienari posse plurimum desideres. Nobis propterea humiliter supplicatum tuo nomine fuit, ut in præmissis opportunè providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio precum.

§. 2. Nos igitur tuis votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et inter-

Tenor concessionis.

dicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem majestati tue omnia, et singula bona stabilia, et fructifera ad dictam commendam, seu præceptoriam de Casas spectantia in prædiis, domibus, et in quibusvis aliis rebus consistentia cum respectivis eorum juribus, et pertinentiis universis dictæ tuæ regni coronæ ad tibi benevisum etiam in perpetuum tempus uniendi, et incorporandi, nec non (si tibi id expedire visum fuerit) in perpetuum quoque tam conjunctim, quam divisim distrahendi, et alienandi, ac domum tamquam de propriis tuis bonis, regiisque familiaribus rebus pro tuo arbitrio, et prudentia disponendi, supportatis tamen semper in perpetuum, prout nunc sunt, singulis eidem commendæ, seu præceptorix adnexis oneribus, quamcumque necessariam, et opportunam, plenamque, et amplam facultatem auctoritate apostolica, tenore præsentium tribuimus, et impertimur; ita ut dictorum honorum fructus, redditus, et proventus quoscumque percipere, exigere, et levare, ac in tuos regios usus convertere libere, et licite possis, ac valeas, futurique eorum emptores pariter possint, et valeant eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis apostolicæ nuncios, subblata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus fel. recor. Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliis-

que constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem militiæ, et ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIIII.

Concessio deputandi personam laicam in administratione nonnullorum honorum ecclesiasticorum ad conventum fratrum s. Francisci de Mafratununcupatum, et penes regium palatium regis fidelissimi existentem.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **I**ngenua sæcularium principum devotionis obsequia, quæ Nobis, et huic apostolicæ Sedi incessanter exhibere non desinunt, adeo quidem Nos excitant, ut ad singulas eorum preces aures Nostras gratanter inflectere, novisque semper favoribus, et gratiis eos prosequi studeamus.

§. 2. Alias siquidem ad preces dilectissimi in Christo filii nostri Joannis Brasilix principis, ac regnorum Portugallix, et Algarbiorum regentis, per dilectum filium Alexandrum De Souza et Holstein, ipsius Joannis

Dat. die  
12 maii  
1803.  
anno d. V.

Proemium.

Memorantur  
præcedentes li-  
tera ad eum-  
dem effectum  
lata.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

Derogatio con-  
suetudinum.

principis ac regentis, apud Nos, et Sedem apostolicam oratorem Nobis porrectas, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine per alteras Nostras in simili forma sub plumbo expeditas literas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quintodecimo kalendarum januarii, pontificatus Nostri anno tertio, dilecto filio moderno, et pro tempore existenti Nostro, et prædictæ Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti facultatem tribuimus, ut tot ex infrascriptis dignitatibus, archidiaconatibus, canonicatibus, et dimidiis canonicatibus supprimeret, et extingueret, quot opus foret ad conflandam annuam liberam summam tresdecim millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri de camera, et juliorum quinque monetæ Romanæ summæ sexaginta millium cruciatorum monetæ regni Portugalliæ respondentium convertendam in firmum, et stabile subsidium conventus fratrum sancti Francisci reformatorum sancti Petri de Alcantara nuncupatorum provincie de Arabida penes regium palatium de Mafra existentis, videlicet tres ex dignitatibus principalibus, prælaturis nuncupatis, patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis, quæ prout et canonicatus, ac præbendæ, aliaque beneficia ejusdem patriarchalis ecclesiæ de jure patronatus pro tempore existentis eorumdem Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi respective existunt, primo loco respective vacaturis; nec non in Bracharensi uno de Barrozze, ac alio sanctæ Christinæ, ac alio de Fontearcada, ac alio de Labnege, ac alio de Neiva, ac alio de Villanova de Cerveira, et alio de Vermoim, et reliquo de Braga: ac in Elborensi uno de Seixa, et altero de Bago, seu Baculo: ac in Visensi uno sancti Petri de Franza, et altero etiam de Baculo: ac in Ægitanensi uno de Guarda, ac alio de Salovito, et reliquo de Covillam: et in Lamacensi uno etiam de Baculo, seu di Valdiguera, et altero de Cova: ac in Portugallensi respective cathedralibus ecclesiis uno etiam de Baculo, et altero de Oliveira respective nuncupatis archidiaconatibus dignitatibus; non tamen post pontificalem majoribus, aliisque similibus

archidiaconatibus in supradictis, vel aliis regnorum Portugalliæ ecclesiis forsitan sub specialibus aliis denominationibus existentibus, quorum tamen archidiaconatum nonnullæ tunc expressæ respectivæ fructuum applicationes dignitatibus, et canonicatibus, ac præbendis patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis præfatæ alias apostolica auctoritate factæ fuerant in hujusmodi archidiaconatum respective vacationum eventus: et insuper uno canonicatu, et una integra præbenda in qualibet ex Ægitanensi, et Visensi, et Lamacensi, et Portugallensi præfatis, et aliis etiam Elvensi, Pharaonensi, et Leyriensi respective cathedralibus ecclesiis, primo loco pariter vacaturis: ac duobus dimidiis canonicatibus nuncupatis, in qualibet ex Bracharensi, et Elborensi præfatis, et in altera etiam Colimbriensi respective cathedralibus ecclesiis, itidem primo loco respective vacaturis: illisque ad numerum tantummodo necessarium, sic suppressis, et extinctis, illorum respective bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, distributiones quotidianas, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quovis nomine nuncupata, in quacumque re consistentia, et undecumque provenientia, et quoad prædictos archidiaconatus, pro quantitate unicuique eorum superextante, detractis iis, quæ dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis dictæ patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis applicati fuerant, et satisfactis omnibus, et singulis, non tamen personale servitium requirentibus operibus, in prælaudati conventus, illiusque ecclesiæ, ac religiosorum stabilem manutentionem, et sustentationem converterentur, quorum omnium singulorum supradictorum honorum, ac fructuum, reddituum, et proventuum administratio per personam ecclesiasticam, ab ipso Joanne principe, ac regente, ad id pro tempore ad sui libitum deputandam, et successive ab eodem moderno, et pro tempore existente nuncio prædicto in officio hujusmodi instituendam integre exerceri deberet, prout in Nostris prædictis literis, quibus omnimoda habeatur relatio, plenius continetur.

§. 3. Quum autem prædictus Alexander nomine ejusdem Joannis

Preces porrectæ pro sub-

rogatione laicæ personæ.

principis, ac regentis Nobis exposuerit, optari ab ipso Joanne principe, ac regente, suisque magis favere votis, ut prædicta administratio supradictorum honorum per personam ecclesiasticam explenda, a Nobis præscripta, etiam per aliquam dignam, et idoneam personam laicam iis tamen qualitatibus præditam, quæ pro hujusmodi exercendo munere requiruntur, valeat expleri: proindeque novas ad id ejusdem Joannis principis, et regentis ad Nos preces detulerit.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos qui egregii hujus principis eximias virtutes, animique doctes satis perspectas habentes, omne studium, omnemque sollicitudinem in ejus vota, quantum in Domino possumus conferre non dubitamus, eundem Joannem principem, ac regentem amplioribus gratiis, et favoribus prosequi volentes; ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine eidem Joanni principi, ac regenti, ut ipse, ejusque in regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regimine successores, personam vel ecclesiasticam, vel etiam laicam, idoneam tamen, ac spectatæ probitatis, in administratione supradictorum honorum, ab eodem moderno, et pro tempore existente apostolico nuncio præfato instituendam, servata in reliquis omnibus supradictarum literarum forma, deputare libere, ac licite valeant apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, atque impartimur.

Clausula sublimita, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentibus literas apostolicas perpetuo validas, et efficaces esse, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari.

Derogatio constitutionum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis; quibus omnibus, et singulis, scientiis, et potestatis plenitudine paribus, tenere præsentium specialiter, et expresse, ad præmissorum validis-

simum effectum, derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut eorundem præsentium Nostrarum literarum transumptis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, decreti, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, quarto idus maii, pontificatus Nostri anno quarto.

Sanctio penalis.

CCIV.

Conceditur rectori, et religiosis, eorumque successoribus collegii fratrum Eremitarum s. Augustini Lisbonensis civitatis indultum nominandi in perpetuum ad duas parochiales ecclesias duos religiosos sui ejusdem ordinis loco presbyterorum secularium.

Dat. die  
13 maii  
1803  
anno IV.

Dilectis filiis rectori, et religiosis collegii, seu conventus sancti Augustini Lisbonensi civitatis ordinis fratrum Eremitarum ejusdem s. Augustini nuncupatis professoribus.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper vestro nomine fuit, quod per apostolicas fel. rec. Clementis pp. XI. prædecessoris Nostri sub plumbo expeditas literas beneficium quoddam ecclesiasticum in ecclesiis parochialibus sanctæ Annæ de Vimieiro, et sancti Stephani de Bastucos Bracharensis diocesis erectum, suppresso commen-

Expositio præcæm.

dæ titulo, quo illud antea concedebatur, sancti Augustini collegio, seu cœnobio vestri Eremitarum ordinis Olyssipone existenti unitum, incorporatumque in perpetuum fuit sub certis modo, et forma, prout latius eisdem in literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri. Ratione autem unionis hujusmodi rectores, et religiosi pro tempore ejusdem collegii duos sæculares presbyteros cum titulo vicariorum ad unam ad binas prædictas parochiales ecclesias, tamquam patroni, ut asseritis, nominare, ac præsentare consueverunt. Sed ob plura, quæ variis occasionibus adversus collegium oborta sunt istis ex vicariis jurgia, vos commune iustis consilium ad eas ecclesias loco presbyterorum sæcularium nominandi in posterum religiosos ipsius ordinis vestri professos cum titulo curatorum, qui ad certum tantum in iis duraturi sint tempus, si apostolicæ Sedis facultas suffragetur; Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur vos, ac singulos vestrum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeantes; supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, vobis, ac futuris quoque dicto in collegio successoribus vestris, ut si, et quando parochiales ecclesias prædictas sive per obitum, sive per abdicationem, seu cessionem, aut alia quacumque ex causa vicariorum eas ad præsens obtinentium vacare contigerit, tunc ad easdem servatis servandis, ac salva auctoritate provincialis capitali, seu definitorii ordinis viros cum titulo curatorum ad tempus nominare, ac præsentare libere, et licite possitis, et valeatis, prædictique etiam successores æque possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; religiosisque sic, ut præfertur, nominandis, et præsentandis earundem ecclesiarum

administrationem suscipiendi, atque gerendi facultatem ex speciali dispensationis gratia nunc pro tunc tribuimus, ac impertimur.

§. 3. Cum declaratione tamen, ac expressa sub lege, quod jura ordinaria quoad ecclesias parochiales, earumque curatas hujusmodi sæcra tecta ac illæsa permaneant; quodque religiosi curati in dictis ecclesiis non minus quam per triennium, excepto gravi, et rationabili casu per eos, ad quos spectat definiendo, commorentur; secumque socium semper ejusdem ordinis, saltem conversum, seu, ut ajunt, laicum habeant: et quoad usque ibidem resederint, rectori pro tempore cœnobii Bracharenensis, qui possit, uti proximior, super ipsos inspicere, immediate subjaceant.

§. 4. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac vobis, et successoribus vestris, curatisque prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictarum ecclesiarum, dictique ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter

Declaratio specialis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Tenor concessionis.

expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia maii, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

## CCV.

Dat. die  
20 maii  
1803  
anno IV.

Instante præposito generali congregationis ss. Crucis, et Passionis tribuuntur facultates ad providendum in vacatione munerum.

Dilecto filio moderno præposito generali congregationis clericorum discalceatorum ss. Crucis, et Passionis Jesu Christi nuncupatorum.

## Pius PP. VII.

Dilecte fili  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quum, sicut Nobis tuo est expositum nomine, ne quid detrimenti congregatio tua ex incidentibus patiatur vacationibus munerum, opere præmium sit ea quantocius denuo impleri, neque id facile fieri possit, nisi opportune tibi, ac successoribus tuis provideatur a Nobis, ac benigne, ut infra, indulgeatur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos te specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, tuisque pro tempore successoribus, ut si quando officium consultoris tum generalis, tum provincialis, ac officium quoque procuratoris generalis memorata in congregatione quomodolibet vacare contigerit, et ad deliberandum de subrogatione officiorum hujusmodi consultores, seu eo-

rum aliquis aliquo impedimento detentus personaliter intervenire nequiverit, tunc ab eo, ut suum scripto mittat suffragium, quod sic latum validum perinde sit ac si ipse præsens suffragatus fuisset, postulare, ac exigere. Rursus siquis rectoratus in domibus congregationis sive per obitum, aut abdicationem, vel qualibet alia ex causa vacaverit, superiorem amovibilem ad nutum vestrum, non ultra tamen tempus provincialis capituli proxime celebrandi, pro vestro arbitrio vacantem in locum delegare, ac substituere; in domo vero generalitæ hujusmodi rectorato vacante, similem delegationem, ac simili modo, forma, et duratione prædictis, demandare, istique domui etiam consultoris, aut procuratoris generalis officio fungentes similiter, uti supra, præficere libere, ac licite possitis, et valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, omnesque ad id necessarias facultates tribuimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes propterea easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi, tuisque successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliorboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,

Derogatio contrariorum.

illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

## CCVI.

Dat. die  
27 maii  
1803  
anno IV.

Instantibus canonicis collegiæ s. Syri oppidi s. Remi Albinganensis diocesis, eriguntur in eorum collegiata ecclesia septem novi canonicatus ex totidem cappellanis de jure patronatus laicorum, et indulgetur eisdem canonicis, ut rocchetum, et cappam magnam gestare valeant.

## Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia concedere consuevit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici parochialis, et, ut asseritur, insignis collegiæ ecclesiæ sub titulo sancti Syri oppidi civitatis nuncupatæ sancti Remi Albinganensis diocesis, in qua præpositus, et canonici tredecim, atque octo beneficiati, seu cappellani adhuc existunt, ipsa collegiata ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate, doctrina, ac religionis zelo vel difficillimis temporibus probato, devotique populi frequentia ita floreat, ut quoad habitantium numerum post civitatem Janu-

ensem, quoad vetustatem post cathedralem Albinganensem prima in diocesi censeatur, atque insuper tantam erga Nos, et hanc sanctam Sedem devotionem præferat, ut mediætem sumptus pro comparandis palmis eidem Sedi a pro tempore existente episcopo Albinganensi annuatim mitti consuetis semper ipsa collegiata sustinerit, et sustineat, multum honorificentiam, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si canonicorum numerus ibi augeatur, ipsique canonici novis prærogativis, novisque decorationibus donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac etiam infrascriptarum cappellaniarum possessores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: septem cappellanas de jure patronatus laicorum in dicta collegiata sub respectivis Nostræ Dominæ Pietatis, sancti Romuli, Corporis Domini, sancti Sebastiani, Nostræ Dominæ Lanretanæ, sancti Erasmi, et sancti Joannis Baptistæ titulis erectas in totidem præbendas canonicas perpetuas, et in collegiata prædicta canonicatus cum omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, privilegiis, et gratiis, favoribus, et indultis canonicis hujusmodi quomodolibet concessis, et in posterum concedendis, illæsis tamen, salvisque semper remanentibus jurebus patronatus prædictis, firmisque pariter restantibus singulis oneribus cappellanis hujusmodi ex lege respectivarum foundationum adnexis, aliisque præscriptis, quæ venerabilis frater Angelus Vincentius episcopus Albinganensis pro data sibi a Domino prudentia in actu executionis præsentium perpetuo servanda esse statuerit, auctoritate apostolica, tenore eorundem præsentium erigimus, et

Erectio novarum præbendarum canonicorum.



modernos, ac pro tempore existentes cappellaniarum prædictarum possessores dictis capitulo, et canonicis adiungimus, unimus, et incorporamus, ipsosque canonicos vocari, et fore decernimus; eidemque episcopo pro reliquis desuper componendis quamcumque necessariam, et opportunam tribuimus facultatem.

§. 4. Præterea modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis dictæ collegiæ illis etiam, ut supra, erectis, ut ipsi cottarum, et almutiarum loco, quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et cappam magnam violaceam vulgo *di saja pavonazza* cum pellibus armellinis albis, vel tela serica ejusdem coloris ante pectus coopertam, prout idem episcopus specificaverit, hyemali, æstivo vero tempore, et feriatis diebus rocchetum, et mozzetam itidem violaceam cum globulis; et asulis cremisini coloris, ac semper etiam vestem oblongam violaceam cum globulis, et asulis nigris, beneficiati autem cottam cum almutia tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quando cumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et deflori debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, nec non dictarum cappellaniarum foundationibus; quibus

omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentibus juratronatus prædicta non intendimus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCVII.

Confirmatio privilegii concessi terræ Carassai Firmansæ diocesis celebrandi novidinas in festo s. Barnabæ protectoris ejusdem loci.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerant dilecti filii universitas, et homines terræ Nostræ Carassai Firmansæ diocesis, quod eorum majores a die xix. maii MDC. a bono meo Petro dum vixit S. R. E. diacono cardinali Aldobrandino nuncupato tunc temporis ejusdem S. R. E. camerario privilegium obtinuerunt sequentis tenoris videlicet: *Carassai Firmansæ diocesis* Petrus sancti Nicolai in Carcere diaconus cardinalis Aldobrandinus S. R. E. camerarius

Dilectis Nobis in Christo comunitati, ibi et hominibus terræ Carnasciali Firmansæ diocesis salutem, et benedictionem in Domino sempiternam. Nos, et reverendam cameram apostolicam gerere comprobabimini promerentur, ut vos specialibus favoribus, et gratiis prosequamur, ac comodis quantum in Nobis

Dat. die 27 maii 1803 anno IV.

Expositio precum.

Tenor privilegii.

Concessio novorum inducentorum magis insignium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

est opportune consulamus. Nuper siquidem hujusmodi propositionem in camera apostolica facere curavistis, videlicet: communitati terræ Carnasciali Firmanæ diocesis impartiri licentiam celebrandi nundinas in festo sancti Barnabæ apostoli advocati dictæ terræ duraturas octo dies ante, et post dictum festum cum solitis exemptionibus expediri literas patentes, et committi. Cui propositioni ac petitioni Nos una cum rñis dominis decano, præsentibus, clericis cameraribus ibidem Nobiscum more solito congregatis: simile decretum fecimus videlicet. = Ad dominum centurionem citato commissario, et sic hujusmodi negotio illustrissimo, et reverendissimo domino Alexandro centurione ejusdem cameræ locumtenenti commissario, et coram admodum illustrissimo excellentissimo domino Landisio Zacchia ejusdem cameræ generali commissario addicens, et excipiens quidquam verbo, vel in scriptis contra præinsertum cameræ apostolicæ decretum dicere, sive excipere volebat; nec non videndum, ac audiendum juxta illius formam impartiri licentiam iisdem communitati et hominibus faciendi dictas nundinas, vel dicant, vel alligant causam, siquam haberent rationabilem; quare præmissa non teneant per unum ex sanctissimi domini Nostri papæ cursoribus prius legitime citato ad certum præemptorium terminum competentem, videlicet ad diem, et horam infra scriptam. Quibus advenientibus eadem præcedente propositione pro parte Nostra in eadem camera interrim facta, dictaque reverendissimo domino Alexandro centurione citato et a iudice prædicto interim de præmissis informato, hujusmodi negotium in eadem camera referente, postulationeque per dominum Nostrum commissarium facta non obstante per Nos, ac eosdem decanum, præses ipsos, et alios supradictos iterum ibidem congregatos simile decretum factum fuit videlicet.

§. 3. Ad dominum centurionem qui expediat juxta mentem cameræ, et subsequenter eodem illustrissimo, et reverendissimo domino centurione pro parte vestra iostante, requisito, ut juxta decretum cameræ apostolicæ decreti formam, et resolutionem licentiam hujusmodi impartiri,

litterasque destiper necessarias, et opportunas concedere dignaretur.

§. 4. Qui dominus iudex satisfaciendo instantiæ et decreto hujusmodi dictam licentiam, prædictasque literas decernendas, et concedendas fore duxit, et concessit, ac nos etiam de mandato sanctissimi domini Nostri papæ vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, instantibus camerariatus officii, et ex decreto in eadem camera matura deliberatione præhabita satisfacto, vobis, et in dicta vestra terra, ac extra eam, et in festo sancti Barnabæ apostoli mensis junii cujuslibet anni, ac octo antecedentibus, et aliis octo subsequenter diebus ejusdem festi inclusive publicas nundinas, ad quas omnibus, et singulis personis utriusque sexus, et cujuscumque status, gradus, et conditionis in civitatibus, oppidis, terris, castris, et aliis locis, tam mediate, quam immediate sanctæ Sedi apostolicæ subjectis habilitatis libere accedere, ac vina, olea, legumina cujuscumque generis, ac blada, ntrumque frumentum, nec non boves, vaccas, vitulos, bubulos, equos, mulos, cervices, asellos, sues, pecudes, agnos, hædos, capras, cæteraque animalia quadrupeda, tum domestica, quum silvestria, ova, gallinas, pullos, cupones, anseres, aves, pipiones, pavones, et alia animalia volatilia, cæteraque alia mobilia, et semoventia, serica, lanea, lineæ, et cujuscumque alterius generis, et speciei bona ex dictis civitatibus, oppidis, terris, castris, villis, casalibus, et eorum respectivè territoriis contrahere, et ad dictam terram Carnasciali pro dicto festo sancti Barnabæ et octo antecedentibus, et subsequenter diebus ejusdem festi inclusive cujuslibet anni, quibus hujusmodi nundinæ celebrantur absque solutione aliquarum gabellarum ad alteram terram, seu verius ad civitatem Firmanam ejusdem terræ, seu castri in temporalibus dominium spectante et pertinente, asportare, et conducere libere liceat, servatis tamen solitis, et laudabilibus locorum statutis, et consuetudinibus facere, et celebrare licentiam, et facultatem omnimodam tenore præsentium in perpetuum concedimus, et impertimur, cum facultate etiam concessione, et indulta hujusmodi nundinarum manutentione, ac pacifico, et quieto commercio mercatorum, et

Executio ejusdem decreti.

aliarum personarum illuc concurrentium aliquem probum virum sorte extraendum ex pluribus ad id vocatis, et selectis a vobis in capitaneum dictarum nundinarum, et per quidecim dies ante illarum adventum deputare, in recognitionem hujusmodi officii scuta quinque monetæ anno quolibet dare, et consignare valeatis, et quod dictus capitaneus quævis genera armorum non tamen prohibitorum, una cum aliis militibus per ipsum desuper eligendis absque ullo pœnarum incursu deferre, et quascumque lites, causas, et differentias inter quascumque personas mercatores, occasione dictarum nundinarum, et ipsas nundinas concernentes quomodolibet movendas summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, nullo juris ordine servato ejus arbitrio, et absque ullo præmio, et mercede etiam private ad quascumque alios iudices ecclesiasticos, et seculares Nostræ terræ, tempore dictarum nundinarum dumtaxat durante, cognoscere, decidere, et sine debito terminare, et quoscumque mercatores etiam artistas, ac alias quascumque personas dictæ vestræ terræ ac territorii, ad interessendum eorum mercibus in dictis nundinis, earumque apothecas, et fundaca aperienda, et animalia quæcumque ad ea conducenda sæpe dictis nundinis durantibus, et sub pœnis ejus arbitrio imponendis, et locis piis applicandis cogere, et compellere possint, ac valeant.

Mandatum de  
obediendo, et  
executio literarum.

§. 5. Mandantes propterea Nostra etiam auctoritate, et ex decreto præsentibus quibuscumque dominis temporalibus dictarum civitatum, terrarum, castrorum, et locorum, eorumque locumtenentibus, seu auditoribus, potestatibus, vicariis, commissariis ecclesiasticis, et secularibus quacumque auctoritate fuagentibus et functoris; nec non universitatibus, hominibus, officialibus, barisellis, capitaneis, executoribus, subsecutoribus, cæterisque militiæ, et justitiæ ministris, et eorum cuilibet in solidam sub mille scutorum auri in auro cameræ apostolicæ pœnis, in eventum contraventionis applicatione mandati executivi, et juris subsidium, quatenus opus sit, quod universitates interdicti ecclesiastici, quorum ad alias excommunicationes, aliisque ecclesiasticis septentis, censuris, et pœnis arbitrio

Nostris imponendis, fulminandis, moderandis et applicandis vos, et alias quascumque utriusque sexus personas ad dictas nundinas pro tempore accedentes, ac vina, blada, præterque frumenta, legumina, ac alia bona prædicta, ut præfertur, portantes, et conducentes, seu asportari, et conduci facientes, ac inde redeunte, quovismodo commorante, alioque jure, causa, ingenio, vel quæsito colore impedire, molestare, vexare, et perturbare, seu impediri, molestari, vexari, et perturbari, nec aliquam excommunicationem realem, et personalem vigore cujusvis mandati executivi, seu suspitionis fugæ contra dictam personam, et mercatores, et loco dictarum nundinarum commorantes ad instantiam eorum creditorum pro quavis pœcuniarum, rerum, et bonorum summa, et quantitate per quoscumque tam Romanæ curiæ quam status ecclesiastici iudices, et tribunalia decerni, et relaxari, seu decernendi, et relaxandi dictis nundinis durantibus, nec in iudicio pro dictis debitis civilibus convenire, seu conveniri facere, minime permittere audeat, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat; immo præsentibus Nostras, et in eis contestata quæcumque inviolabiliter observent, et ab aliis ad quos spectat, et spectabit in futurum observari curent, et faciant, ac celebrationem dictarum nundinarum quotiescumque pro parte vestra fuerit requisita per edicta, bannimenta in locis opportunis publicent, et publicum facient, et mandent alioquin contra præmissa non observantes, ac contradicentes quoslibet rebelles ad pœnam præscriptam incursos declarationem, et executionem procedemus, quod si secus factum fuerit ad totum revocare, et in pristinum statum reducere curabimus justitia mediante. In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimoniales præsentibus fieri, et per infrascriptum Nostrum, et cameræ apostolicæ notarium subscribi sigilloque ejusdem reverendæ cameræ apostolicæ quo in talibus utitur jussimus, et facimus mutare. Datum Romæ in camera apostolica anno a natiuitate Domini millesimo sexcentesimo, indictione tertia, die vero vicesima nona mensis maii, pontificatus autem sanctissimi in Christo, et patris, et domini Nostri domini Clementis

divina providentia papæ octavi anno nono.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat dicti exponentes, quo præinsertum privilegium firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summo opere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, idem privilegium, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint defectus, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari.

Derogatio eontrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostris etiam ex motu proprio editis, aliisque constitutionibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ terræ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, con-

firmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum, tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præsentem effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostrî anno quarto.

CCVIII.

Dat. die  
1 junii  
1803  
anno IV.

Commissio emò cardinali Caprara ad carissimum in Christo filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte primum Galliarum reipublicæ consulem apostolicæ Sedis de latere legato reductionis nonnullarum ecclesiarum episcopalium in Pedemontana provincia existentium.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ tituli sancti Honuphrii S. R. E. presbytero cardinali Caprara nuncupato archiepiscopo Mediolanensi, et episcopalis ecclesiæ Æsinæ administratori ad carissimum in Christo filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte primum Galliarum reipublicæ consulem Nostro, et apostolicæ Sedis de latere legato salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Gravissimis causis adducimur, ut ecclesiis in Pedemontana provincia constitutis apostolicæ potestatis plenitudine, indulgentia, atque ope Nostra, id exigentibus earum circumstantiis, provideamus. Cum expositum fuerit Nobis nomine gubernii reipublicæ Gallicanæ, cujus nunc imperio paret Pedemontana provincia, sexdecim ecclesias episcopales, videlicet Albensem, Aqueensem, Alexandrinam, Astensem, Augustanam, Bobiensem, Bugellensem, Casalensem,

Expositio precum et ratio concessionis.

Fossanensem, Ipporegiensem, Montis Regalis, Pinaroliensem, Salutarum, Secusinam, Berthonensem, Vercellensem, et unam metropolitanam Taurinensem, quæ in supradicta provincia continentur, haud posse omnes diutius in pœterum in eadem subsistere, atque idcirco (cum quinque jam ex ecclesiis illis, nempe Vercellensis, Montis Regalis, Salutarum, Fossanensis, Secasina suo pastore viduatæ sint, atque ex reliquis superstitibus episcopis tres, nempe Alexandrinus, Casalsensis, Augustanus libere, ac libenter in manibus Nostris suam ecclesiam dimiserint, et episcopatu se abdicarint) ab eodem gubernio postulari, ut Nos in hoc rerum statu apostolica auctoritate Nostra præfatas sexdecim ecclesias episcopales, atque unam metropolitanam ad octo redigere dignemur, nimirum ad unam metropolitanam, et septem ejus suffraganeas, servatis tamen absque ulla imminutione earumdem suppressendarum ecclesiarum, earumque capitulorum, seminariorum, collegiatarum, ac paræciarum, nec non fabricarum, cæterorumque locorum piorum bonis, ac possessionibus, sicut nunc fruuntur et gaudent, ita tamen, ut quod pertinet ad mensas ecclesiarum suppressendarum earum bona congrua distributione mensis ecclesiarum servandarum applicentur, quæ cum amplioribus finibus augendæ sint, amplioribus etiam subsidiis indigent, ut ecclesiarum respectivarum necessitatibus, ab episcopis provideri possit: cumque ad has postulationes accesserint etiam, dilecte fili Noster, plures literæ tuæ ad Nos datæ, quibus, et ea, quæ Nobis nomine præfati gubernii exposita fuerunt luculentissimo testimonio confirmasti, et illud præterea addidisti etiam venerabilem fratrem modernum archiepiscopum Taurinensem Parisiis nunc degentem suum consilium, atque operam in hunc finem contulisse.

Temporanea  
providentiæ  
ad rem ca-  
pitulæ.

§. 2. Nos perspectam habentes haud aliter stabili illarum ecclesiarum bono prospici posse, eique pro præsentis temporum exigentia prospicere satagentes, divini numinis auxilio primum implorato, ac adhibitis deinde in consilium venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus congregationis ad id specialiter deputatæ, cumque iis

rerum omnium pondere, ac circumstantiis ea qua par est maturitate serio perpensis, præfate reductioni duximus annuendum. Cum autem ex una parte celeriter a Nobis necessitatibus ecclesiarum illarum occurrendum sit, ex alia vero cum non omnia sint in promptu, quæ ad negotium hujusmodi numeris omnibus de more conficiendum Nobis essent necessaria, de eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio tibi uti speciali Nostræ, et Sedis apostolicæ legationis a latere apud Gallicanæ reipublicæ gubernium, cujus nunc sub imperio est dicta Pedemontana provincia, officio fungenti, in cujus fide, doctrina, prudentia fiduciam Nostram collocatam habemus, ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine auctoritatem committimus, prævia solutione Nostro nomine facienda uniuscujusque ex iis episcopis, qui suas sedes sponte et libere in manibus Nostris dimiserunt, a vinculo, quo earum respectivis ecclesiis tenebantur, præcedendi ad suppressionem, extinctionem, ac perpetuam annullationem novem ex prædictis sexdecim episcopalibus ecclesiis, eorumque respectivorum capitulorum, cathedralium, etiam derogando ipsorum capitulorum consensui (quatenus canonici capitula componentés requisiti illum præstare renuant) atque earumdem sic suppressarum diocesium parochias, collegiatas, monasteria, clerum, ac populum universum antedictæ metropolitanæ, et septem superextitoris ecclesiis episcopalibus cum suis capitulis, ac seminariis uniendi, applicandi, et incorporandi libere, ac licite eo modo, ac forma, et in ea respective quantitate, quam dignoveris fore magis opportunam.

§. 3. Et cum in supradicta Pedemontana provincia nonnulla reperiantur loca ab ordinaria jurisdictione dependentia aliorum archiepiscoporum, atque episcoporum sedes suas habentium extra limites memoratæ provinciæ, et expediens visum sit, ut cura animarum christifidelium in hujusmodi locis degentium ab ipsis præsulibus antedictæ Pedemontanæ provinciæ exerceatur, facultatem tibi quoque impertimur eximendi, ac liberandi supradicta loca ab exterorum

Consultur locis subjectis jurisdictioni ordinariorum extantium extra provinciam Pedemontanam.

supradictorum archiepiscoporum, atque episcoporum jurisdictione accedente eorum consensu, et spirituali regimini unius, vel plurium Pedemontanae provinciae episcoporum subjiciendi, atque eorum diocesis perpetuo uniendi atque incorporandi. Item cum justa, et rationabili causa impellente, a Nobis etiam postulatum fuerit, ut unam ex memoratis septem superextitoris sedibus episcopalibus permutare, eandemque ex uno in alium locum transferre concedamus; ideo tibi potestatem etiam facimus, ut praevia suppressione, atque extinctione tituli, ac denominationis hujus permutandae sedis episcopalis, ipsiusque capituli cathedralis, eandem sedem cum suo capitulo ad aliam civitatem transferre, et in ea ecclesiam principalem, quae capax sit, ac decenter ornata, et sacris suppellectilibus instructa, in novam cathedralem ecclesiam erigere, ibique sedem episcopalem cum capitulo, ac seminario, et cum congrua diocesis assignatione pari apostolica delegata facultate perpetuo stabilire itidem possis, ac valeas. Quoniam vero nonnullae ex antedictis ecclesiis episcopalibus subjectae ad praesens reperiuntur juri metropolitico venerabilium fratrum archiepiscoporum degentium extra provinciam Pedemontanam ad quaecumque obvianda impedimenta, et ad ecclesiasticas res expeditius omni ex parte componendas; tibi praeterea auctoritatem impertimur, ut accedente eorundem archiepiscoporum assensu, praefatas episcopales ecclesias a quocumque ipsorum metropolitico jure prorsus eximere, ac liberare, illasque metropolitico juri archiepiscopi Taurinensis perpetuo subjicere, ac supponere delegata apostolica facultate similiter possis, ac valeas, ita ut septem enunciatae episcopales ecclesiae in dicta provincia superextantes debeant omnes esse in posterum suffraganeae memorati archiepiscopi Taurinensis. Tibi praeterea committimus, et potestatem facimus, ut cujuscumque generis res, redditus, proventus, bona hucusque ad supradictas novem supprimendas episcopales ecclesias, illarumque capitula, clericos, fabricas, ac seminaria respective spectantia, collatis cum Gallicanae reipublicae gubernio consiliis, antedictae metropoliticae, aliisque septem superexti-

turis episcopalibus ecclesiis, illarumque capitulis, clericis, fabricis, et seminariis inspecta prius majori eoque necessitate, ac utilitate, ac firmiter proviso ipsarum ecclesiarum jam cathedralium decenti conservationi, ac mantentioni, itemque congruae ecclesiasticarum personarum servitio earum tam antea addictarum, quam in posterum adjiciendarum substitutioni simili delegata facultate apostolica perpetuo respective applicare, unire, et appropriare, atque incorporare possis, ac valeas, si ita necessitas exigat, atque illud curans, ut quantum fieri potest, ea bona ei fidelium utilitati, cui praecipue ab iis, qui ea largiti sunt prospectum est, inserviant, neque in alios usus convertantur.

§. 4. Quoniam vero attentis rerum omnium circumstantiis, permagni interest, ut singulae ex praedictis septem cathedralibus ecclesiis superextituris proprium, nullo interposito temporis intervallo, habeant episcopum, qui catholicorum spirituali regimini sollicitè incumbat; idcirco si forte accidat, ut unam, seu plures ex iis ecclesiis, quae sive per obitum, sive per liberam in manibus Nostris dimissionem suo sunt viduae pastore in nova diocesium circumscriptione servare, atque e contra plures ex iis, in quibus adhuc episcopi existunt, eorum accedente consensu, suppressere opportunum videatur (siquidem unam saltem ex his suppressere, ejus episcopi pariter accedente consensu, necessarium est, ut septem tantum in posterum supersint episcopales ecclesiae) tibi specialem quoque tribuimus facultatem, ut bono illarum ecclesiarum consulendo, unum, seu plures existentium episcoporum a propria ecclesia, quae in nova circumscriptione supprimenda sit, ad aliam ecclesiam ex iis, quae servandae sunt, accedente ejus, sive eorum assensu, eoque, vel iis ab ecclesiae supprimendae vinculo, per te Nostro nomine, ut supra, respective soluto, seu solutis, praevia professionis fidei, ac juramenti fidelitatis emissionem, pari apostolica delegata facultate transferre itidem possis, ac valeas; injuncta tamen cuique obligatione Nobis per idoneum procuratorem infra quadrimestrem spatium exhibendi hujusmodi translationis patentes literas a te sub-

Decernitur unio ecclesiarum pastore viduarum.

scriptas, illarumque confirmationem per alias Nostras sub plumbo expediendas literas impetrandi.

Constitutio no-  
varum diocese-  
sum, et inscri-  
ptio fructuum  
in libris came-  
rae decernitur

§. 5. Volumus autem, quod novus cujusque diocesis circuitus, novique fines clare, et distincte constituantur in quolibet decreto a te in singulis hujusmodi actibus emittendo, atque ut id rite, ac facilius exequi possis, facultatem tibi unam, seu plures ecclesiasticas personas ad hoc aptas, et idoneas subdelegandi impertimur. Injungimus tibi ulterius, ut completa nova uniuscujusque mensæ metropolitanæ, et cathedralis respectiva stabili dotatione, authenticum exemplar decretorum, quæ in hanc rem emiseras ad Nos perferri cures, ut nova itidem earumdem ecclesiarum taxa in consistorialibus libris queat nsitata ratione constitui.

Monitum spe-  
ciale.

§. 6. Porro non dubitamus quin singula acta vigore præsentium literarum a te conficienda omni studio, ac diligentia opportuno modo, ac forma expleantur, eorumque exempla serventur hisce apostolicæ Sedis archivis de more inserenda. Interea in tua fide, doctrina, prudentia, atque animi integritate confidimus, te rectissimis curis Nostris omni qua fieri possit, meliori ratione esse obsecuturum.

Clausule salu-  
tates, et irri-  
tautes.

§. 7. Nos enim si suppressionem, extinctionem, annulationem, unionem, applicationem, et appropriationem hujusmodi, aliaque præmissa vigore præsentium per te fuerint executioni demandata, ea omnia etiam ex eo, quod quilibet jus, aut interesse habentes, vel habere prætendentes vocati, et auditi non fuerint, vel ex alia quavis juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, et prætextu nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quolibet alio substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac speciale, et individua mentionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi, retardari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi, vel alias suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperi- tionis oris, aut aliud quodcumque ju-

ris, vel facti, ac justitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, aut declarationibus generalibus, aut specialibus quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendere, sed semper ab illis excepta esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque, et non aliter per quoscumque iudices quavis auctoritate fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus, et inane decernimus. Atque insuper tibi potestatem facimus, ut super quacumque quæstione, quæ in eandem præsentium executione quomodolibet oriri forsan poterit, etiam definitive, quacumque appellatione postposita, pronunciare possis, ac valeas.

§. 8. Non obstantibus de jure Derogatio con-  
traciorum. quæsito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non dictarum ecclesiarum per te, ut præfertur suppressendarum, et extinguendarum confirmatione quoque apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, concessionibus, et donationibus eisdem ecclesiis, ut præfertur, suppressendis, et extinguendis, aut quibuscumque personis quacumque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus quantumvis specifica, et individua mentione dignis, etiam Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum sub quibuscumque tenoribus, et formis etiam motu proprio, et de apostolicæ potestatis plenitudine, vel consistorialiter in contrarium præmissorum concessis, et emanatis: quibus omnibus, et singulis etiam si de illis expressa mentio habenda, vel alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsen-

tibus pro expressis habentes, ad præmissorum effectum scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus etiam, ut ipsarum præsentium transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem processus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ delegationis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, kalendis junii, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIX.

Dat. die 14 junii 1803 anno IV.

Instante magno magistro hospitalis s. Joannis Hierosolymitani incorporantur præeminentiæ trium dignitatum conventualium eidem magno magistro.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procurium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud quoque præcavendum Nobis esse arbitramur, ut in proxima, et a Nobis vehementer optata hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani reaperitione nihil ibi veteris regiminis ordo perturbetur, sed omnia feliciter, tranquilleque resituantur, atque procedant.

Ratio decernendæ unionis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, ex recenti pernottissimas temporum circumstantias sequuta suppressione trium dicti hospitalis linguarum Proventiæ, Alvernæ, et Franciæ tres conventuales dignitates antea linguis

hujusmodi inhærentes, magni scilicet commendatariatus, marescallatus, et magni itidem hospitalariatus vacantes remaneant, et suspensæ, Nos dissensiones omnes, quæ super præeminentias dictis dignitatibus adnexas suboriri possent, præcavere, communique ejusdem hospitalis concordie consulere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine omnes, et singulas trium dignitatum hujusmodi magni commendatariatus, marescallatus, et magni itidem hospitalariatus, ut præfertur, vacantium præeminentias cum suis respectivis juribus, et pertinentiis universis magno magisterio dicti hospitalis provisorie tantum adjungimus, et incorporamus, ita ut interim dilectus filius modernus magnus magister præeminentiarum, ac jurium hujusmodi dictis dignitatibus quomodolibet antea adnexorum possessionem per se, vel per alium, seu alios apprehendere, atque donec, et quoad Nobis, et huic sanctæ Sedi quidquam aliud firmitus desuper statuere visum fuerit, retinere, ac pro suo arbitrio, et prudentia disponere libere, et licite possit, et valeat, motu, et potestate similibus decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, et naturis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, et invidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus,



ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die  
17 junii  
1803  
anno IV.

CGX.

Pia unio presbyterorum secularium s. Pauli apostoli de urbe erigitur in archiconfraternitatem.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio pro  
cum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et sæculares presbyteri piæ unionis sancti Pauli apostoli de urbe nuncupat. quod cum ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem christifidelium, nauclerorum præsertim, et militum, ac etiam infirmorum in publicis nosocomiis existentium (quorum sacramentales confessiones statis diebus excipiunt, deque rebus sacris eos privatim, et publice instruunt, aliaque per plura charitatis officia exercent) utilitatem congregationem, seu piam unionem sub titulo ejusdem sancti Pauli apostoli in ecclesia sanctæ Mariæ in Cappella de eadem urbe canonice, ut asseritur, erexerint, congregationem, seu piam unionem hujusmodi archiconfraternitatis titulo per Nos, et hanc apostolicam Sedem decorari plurimum desiderant.

Tenor concessio-  
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, congregationem, seu piam unionem sancti Pauli apostoli prædictam in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, honoribus, et præeminentiis solitis, et consuetis; auctoritate apostolica,

tenore præsentium erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et congregatis præsentibus, et futuris; ut ipsi alias quascumque congregationes, et confraternitates, seu pias uniones ejusdem instituti extra urbem ubique locorum tam erectas, quam erigendas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri aditæ, aggregare, illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, ipsi piæ unioni, seu congregationi sancti Pauli sic in archiconfraternitatem erectæ concessas communicare libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Non obstantibus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, prædictæ piæ unionis s. Pauli apostoli, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo

Derogatio con-  
trariorum.

robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

cumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis dictæ collegiæ, ut mozzetæ prædictæ parvum cucullum addere, ac rocchetum deferre, et cappam ad instar collegiatarum civitatis Januensis, nec non vestem violaceam oblongam cum asulis, et globulis nigris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Dat. die  
17 junii  
1803  
anno IV.

CCXI.

Facultas præposito, et canonicis collegiæ de Taggia Albinganensis diocesis addendi cucullolum mozzetæ, deferendi rocchetum, et cappam ad instar aliarum collegiatarum civitatis Januensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Cum ad venerationem divinis officiis conciliandam, et ad fidelium mentes in rerum altissimarum, quæ in ipsis significantur, contemplationem erigendam Catholica Mater Ecclesia vestes, et sacra indumenta inter cætera attribuerit, Romani pontifices prædecessores Nostri sacros earum potissimum ecclesiarum, quæ propter antiquitatem, vel populi christiani frequentiam, et devotionem inter cæteras quodammodo excelleret, ministros peculiaribus vestium, et indumentorum insigniis decorare consueverunt.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii præpositus, et canonici insignis, ut asseritur, collegiæ ecclesiæ sub titulo sanctorum apostolorum Jacobi, et Philippi de Taggia Albinganensis diocesis, ipsi nullis aliis choralibus, præter mozzetam violaceam sine cucullulo, distincti reperiantur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et qua-

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo tertio pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.



Ratio concessionis.

Expositio precum.

Tenor concessionis.

Dat. die  
17 junii  
1803  
anno IV.

CCXII.

Indulgetur canonicis collegiatae ecclesiae s. Agathae Feltriae Feretranae diocesis, ut loco almutiarum et cottarum quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et mozzetam violaceam gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Praemium.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis praescripsit vestes, sed etiam in templis ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus saepe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio praecum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici, ecclesiae collegiatae s. Agathae Feltriae Feretranae diocesis, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et zelo, populique frequentia, ac devotione floreat, multum honorificentiae ad ipsam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatae canonici novis decorentur insigniis.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, moderatis, ac pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictae collegiatae, ut loco cottarum, et almutiarum quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et mozzetam violaceam, etiam sericam, eadem tela

serica cremisini coloris subsutam, cum asolis, et globulis, ejusdem cremisini coloris, tam in ecclesia praedicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrarium.

CCXIII.

Dat. die  
21 junii  
1803.  
anno IV.

Indultum utendi facultatibus, quibus ex privilegio apostolico presbyteri congregationis Missionis s. Vincentii a Paulo diocesis s. Severinae gaudent.

Dilecto filio Hieronymo Pedullo rectori recessus Mesoracensis diocesis s. Severinae.

Pius PP. VII.

Dilecte fili, salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper tuo nomine fuit, te in sacro presbyteratus ordine constitutum pia quadam in domo Mesoracae diocesis sanctae Severinae ubi plurimis ab hinc annis sacer recessus una cum ecclesia publica fundatus est, praesese communitati, quae constat ex presbyteris saecularibus titulo patrimonii ordinatis, ex novitiis, ex fratribus laicis, et ex adolescentibus illuc in educationem perductis; recessum ordinarii loci subiacere jurisdictioni, et presbyteros

Expositio praecum.

ibi receptos operam navare assiduam vineæ excolendæ Dominicæ, ac præter exercitia spiritualia missionibus, atque prædicationibus passim per omnem Calabriam christifideles ad penitentiam, et divinorum observantiam mandatorum revocare. Ut autem zelo, et labõri operariorum hujusmodi major undique fructus accrescat, visum tibi esse fructum mirifice uberem colligi per eos posse, si eadem ipsis tribuantur facultates, quibus presbyteri congregationis Missionis s. Vincentii a Paulo nuncupatæ in sacro eorum ministerio uti ex concessione apostolica solent: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quaquamque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem præmemoratis presbyteris, ut ipsi de tui, tuorumque successorum, qui pro tempore in dicto recessu rectoris officio fungentur, licentia, ac salva in omnibus jurisdictione ordinarii locorum, dum vel spiritualia exercitia ministraverint, vel sacras missiones peregerint, vel id alias animarum necessitas quomodolibet postulaverit, omnes, et singulas facultates, quibus de apostolicæ Sedis privilegio presbyteri dictæ congregationis Missionis utuntur, et gaudent, habere, ac exercere in perpetuum libere, ac licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque, Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo, octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIV.

Erectio duorum canonicatum in ecclesia confraternitatis s. Joannis Baptistæ de Balnearia Viterbiensis diocesis ex duabus cappellaniis ejusdem confraternitatis.

Dat. die  
21 junii  
1803  
anno IV.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Viterbiensis, illius episcopali sede vacante legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis sub titulo s. Joannis Baptistæ vulgo de Confalone terræ de Balnearia Viterbiensis diocesis, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, divinumque cultum augendum duas ex tribus cappellaniis de suo jure patronatus in duas præbendas canonicas perpetuas, et residentiales sub ssmi Crucifixi, et sancti Bonaventuræ titulis in ecclesia (ut asseritur) collegiata dictæ terræ, quas cappellaniis dilecti filii Vincentius Ragonesi, et Nicolaus De Rossi presbyteri de præsentibus obtinent, erigi posse, ejusdemque collegiatae capitulo, et canonicis perpetuo uniri, et incorporari plurimum desiderant, addito nunc, et pro tempore existentibus illarum possessoribus onere interessendi choro singulis festis diebus, et assignata ex prædiis rusticis, atque urbanis triginta annuorum scutatorum monetæ Romanæ congrua; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcæ.

§. 2. Nos igitur attenda desuper tua ad dilectum filium magistrum Emanuelem De Gregorio congregationis Concilii secretarium transmissa relatione, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quaquamque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fo-

Tenor concessionis.

re censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuæ, attento quod sedes episcopalis Viterbiensis ad præsens vacat, per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, enunciatis duas cappellanas in duos canonicatus dicte collegiatæ perpetuos, et residentiales cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, favoribus, et indultis spiritualibus, et temporalibus aliis canonicis ejusdem ecclesie quomodolibet concessis, accedente tamen prius (quatenus nondum accesserit) capitulo prædicti, et omnium interesse habentium consensu, servataque in reliquis forma respectivarum foundationum, nec non facta per confratres prædictos obligatione in forma juris valida supplendi ex aliis confraternitatis redditibus memoratam congruam scutorum triginta annuorum liberam, et immunitatem a publicis oneribus impositis, et imponeadis, etiam si redditus ex assignatis bonis decreverint, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et conscientia gratis erigas, dictosque Vincentium, et Nicolaum juxta præmissa ad canonicatus hujusmodi perpetuos cum omnibus, et singulis honoribus, et insigniis, quibus alii canonici dicte ecclesie utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, illeso tamen semper, et integro remanente ipsius confraternitatis jure patronatus pro eorum successoribus nominandis, et presentandis.

Clausula sub-  
lata et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictarum ecclesie collegiatæ, et confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia ro-

boratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXV.

Providentiæ captæ pro recta administratione, et supportatione onerum universitatis Hebræorum urbis, et solutione æris alieni ab eadem universitate improvide contracti.

Dat. die  
25 junii  
1803  
anno IV.

Alessandro Lante protonotario apostolico, della Santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

§. 1. Ad oggetto di dare il necessario sistema alla troppo sconcertata economia della università degli ebrei di Roma, e di rimediare efficacemente non meno alla ripugnanza, e negligenza di molti di essi nell' accettare ed esercitare gli uffici, che alla morosità degli ebrei debitori; si è degnata la Santità di Nostro Signore papa Pio VII. aggiungere a Noi tutte le opportune facultà con quelle ulteriori sovrane disposizioni, che distesamente si leggono nel suo chirografo del tenore seguente.

R. P. D. thesaurarius chirographum exequendum recipisse declarat

Monsignor Alessandro Lante Nostro,  
e della Nostra camera apostolica  
tesoriere generale.

Tenor chiro-  
graphi.

§. 2. Ci avete rappresentato il dissesto da voi ravvisato nella economia della università degli ebrei di Roma, della cui soprintendenza per chirografo del pontefice Innocenzo XII Nostro predecessore di fel. memoria segnato li 20 luglio 1699 sono incaricati i tesoriere generali: poichè si trova in somma difficoltà di soddisfare al pagamento de' molti debiti arretrati, e correnti rispettivamente verso la Nostra camera apostolica, e la camera Capitolina, e verso la pia casa de' Catecumeni, del monastero delle Convertite, ed altri; e ciò per la morosità degli ebrei individui nel soddisfare alle tasse, e dazj loro imposti, la qual morosità proviene massimamente dalla trascuratezza, ed anche dalla contumacia di coloro, i quali venendo assunti alle cariche pubbliche nella loro università o ricusano di intraprenderle, o le esercitano con molta lentezza e negligenza. Ci avete perciò supplicato, che alle facultà già competenti a voi, ed a tesoriere pro tempore in virtù del suddetto chirografo Innocenziano vi aggiungessimo anche delle altre, che sembrassero più opportune all' oggetto di rimediare energicamente e stabilmente a tali inconvenienti.

De officiis in  
universitate  
non recusandis, et de interventu in unionibus ad suffragium ferendum.

§. 3. Pertanto Noi conoscendo molto giusta la vostra istanza, e lodando il solito vostro zelo così in questo, come negli altri oggetti della vasta, e laboriosa vostra carica; col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso il tenore di quello del prelodato Nostro predecessore, e quello confermando ed ampliando di certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà vi ingiungiamo di ordinare a nome Nostro, come Noi espressamente ordiniamo a tutti gli ebrei del Ghetto di Roma, che chiunque di essi colle solite regole, e con altre da voi giudicate più opportune venga eletto, e destinato a qualunque carica della università, ed officio, che abbia rapporto all'azienda, ed interessi di quella, non possa scusarsi, o disimpegnarsi d'intraprenderlo subitaneamente, e di esercitarlo con tutta la esattezza, fedeltà e attività; e così ancora vogliamo, che niuno pos-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 72.

sa esimersi dall'intervento alle congreghe, e a qualunque altro congresso generale o particolare, ove si abbiano a trattare gli affari della università, secondo che sia prescritto, e generalmente vogliamo, che da ognuno degli ebrei di Roma sempre si eseguiscano tutti gli ordini, e regolamenti, che per il governo economico della istessa università si faranno da voi, e da' tesoriere pro tempore, ed a tale effetto vi comunichiamo tutte le necessarie facultà di costringere i disubbidienti e contumaci, e di punire i negligenti colpevoli con gravatorie, multe, carceri, ed altre pene proporzionate alla qualità delle mancanze anche economicamente, e senza strepito di giudizio: riserbando però a voi, e così ai tesoriere pro tempore la cognizione delle vere, ed urgenti cause, che possano scusare taluno dall'intervenire alle congreghe, dall'assumere ed eseguire gli officj, o alcuna altra obbligazione ne' casi particolari.

§. 4. Ad oggetto poi, che ora ed in avvenire vengano prontamente esatte ed incassate le tasse, e dazj, o proventi dell'affitto de' macelli detto volgarmente della polpina, del pretatico, delle doti, del dodici per cento sulle pigioni delle case, e generalmente qualunque credito della università maturato, o da maturare in appresso contro qualsivoglia ebreo, ed ogni altra imposizione ordinaria, e straordinaria, o già esistente, o che per i vantaggi, e bisogni della università in avvenire da voi, e da tesoriere pro tempore, sempre però con intelligenza, ed approvazione Nostra, e de' Nostri successori, si giudicasse doverli ordinare, per tale oggetto, stabiliamo, che per il debito arretrato e decorso sino a tutto il prossimo passato anno 1802. si conceda ai debitori un mese di dilazione dal giorno dell'editto, e notificazione, con cui farete nota al Ghetto di Roma questa Nostra disposizione, passato il qual termine senza altra notificazione, o intimazione farete eseguire la mano regia contro i morosi. Pel debito poi decorso dal principio del corrente anno 1803. e che maturerà e decorrerà in qualunque tempo avvenire, dovrà sempre eseguirsi la mano regia dopo la rispettiva intimazione colla dilazione di soli tre giorni.

De exactione  
taxarum, et  
dationum sol-  
vendorum in  
comodum uni-  
versitatis.

De executione  
mandatorum  
etiam per vim,  
adversus debi-  
tores morosos.

§. 5. Stabiliamo inoltre, che per la esecuzione della mano regia tanto pel debito arretrato, quanto per quello, che scaderà nel tempo avvenire contro chiunque degli ebrei debitori, possiate senza nuova citazione, o intimazione farci apporre anche il mandato di aprire *per vim* le porte delle rispettive loro case, qualunque sia la somma del debito, e di fare la esecuzione anche sulla persona del debitore, ancorchè il debito non provenisse da obbligazione fatta *in forma camerae*, purchè per altro ecceda la somma di scudi 8. 40. senza che debba attendersi alcuna eccezione, proibizione, o altro impedimento. E con tali facultà pubblicherete editti, e farete tutto ciò, che sarà espediente per la esecuzione di questa Nostra suprema volontà.

Clausule salu-  
tares. et irri-  
tautes.

§. 6. Volendo e decretando, che il presente Nostro chirografo ammesso e registrato in camera a norma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia ed abbia il suo pieno vigore, nè gli si possa opporre vizio di orrezione e surrezione, o altro difetto ancorchè non vi sia stato citato nè sentito monsignor commissario generale, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi diritto, ed interesse, e che così, e non altrimenti debba giudicarsi, e definirsi da voi, e da ogni altro giudice ordinario o delegato, rota, camera, Nostro uditore, e da qualunque altro tribunale anche composto di eminentissimi cardinali togliendo ad ognuno la facultà di giudicare o interpretare diversamente, e dichiarando invalido e nullo tutto ciò, che altrimenti si definisse o interpretasse.

Derogatio con-  
trariozum.

§. 7. Non ostanti le costituzioni de' Nostri predecessori *de rebus Ecclesie et camerae non alienandis*, le costituzioni di Benedetto XIV. sopra il modo di concedere gli appalti de' proventi e beni camerati, la Nostra costituzione *Post diuturnas*, e qualunque altra costituzione, legge, e stabilimento, uso, o stile, che facesse o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte avendone il tenore qui per espresso per l'oggetto del presente Nostro chirografo deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di venticinque giugno 1803.

Executio, et  
sanctio pena-  
lis.

§. 8. Mentre però ci facciamo dovere di rendere a tutti note le sovrane disposizioni valendoci delle facultà che ci attribuisce il sopra esposto pontificio chirografo, stabiliamo la multa di scudi dieci da incorrersi irrimisibilmente da chiunque in avvenire mancherà d'intervenire alle congregazioni o congreghe; ed altresì la gravatoria di scudi tre al giorno da eseguirsi immediatamente contro chiunque ricuserà, o differirà di assumere le cariche, officj e incombenze della università, o non l'eseguirà nel tempo prescritto. Chiunque poi usasse colpevole trascuratezza, e molto più se si diportasse con parzialità verso alcuno, o con infedeltà nel suo officio, ed incombenza, sarà soggetto alla carcerazione, e quelle pene, che a nostro arbitrio saranno proporzionate alla qualità, e gravità delle mancanze e delinquenze, riservando a noi, ed ai tesoriери nostri successori tutti gli altri espedienti, e stabilimenti, che in avvenire si giudicheranno opportuni, si per gli effetti suddetti che per tutto ciò, che concerne la esecuzione delle pontificie disposizioni, e per il miglior regolamento di questa università. Avverta pertanto ognuno di esattamente obbedire, mentre vogliamo, che il presente nostro editto affisso ne' luoghi soliti del Ghetto di Roma abbia il suo pieno effetto, e vigore come se fosse stato ad ogni individuo personalmente intimato.

Dato dalla Nostra solita residenza questo di 7. luglio 1803.

Alessandro Lante tesoriere gen.

G. Pecci commissario generale della R. C. A.

F. Gregorj segretario, e cancelliere della R. C. A.

Dat. die  
1 julii  
1803  
anno IV.

CCXVI.

Indultum pro dignitatibus basilicæ Lauretanæ utendi veste oblonga, et mantelletta violaceis, pro canonicis veste oblonga, et cruce ante pectus appensa, pro beneficiatis numismate.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes illarum honorificentia, et decori libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ basilicæ Lauretanæ, ipsa basilica non modo quia intra suos parietes continet Almæ Domus sanctuarium in universo terrarum orbe celeberrimum, emineat, sed etiam templi majestate, patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum numero, probitate, et scientia, atque christifidelium eo undique, vel ex remotissimis regionibus confluentium frequentia perexcellat, non parum splendoris, et ornamenti ad ipsam accederet, et divinis in ea cultus, populique devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem basilicæ dignitates, canonici, et beneficiati novis prærogativis, novisque decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis incli-

nati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, canonicis, beneficiatis, clericisque beneficiatis basilicæ prædictæ mantellettam, et vestem oblongam violaceas cum asulis, et globulis ejusdem violacei coloris tam intra, quam extra dictam ecclesiam in quibusvis functionibus, et actibus publicis quibuscumque; canonici autem vestem oblongam similiter violaceam intra ecclesiam prædictam, atque in processionibus, et singulis functionibus capitularibus, dumtaxat gestare; præterea dignitates, et canonici crucem ante pectus pendentem cum floeculo nigro tam in choro, et intra basilicam, et civitatem Lauretanam, quam extrâ eas, ac tandem beneficiati, clericique beneficiati ovale numisma ante pectus itidem pendens, in quarum, et quarum antiqua deiparæ Lauretanæ imago, in postica vero idem basilicanum conopæonem juxta formas Nobis exhibitas sint inculpta, pariter deferre, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate perpetuo concedimus et indulgemus, dictosque dignitates, canonicos, beneficiatos, et clericos beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ejusdem basilicæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die prima julii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die  
5 Julii  
1803  
anno IV.

CCXVII.

Avocatio litis pendentis coram A. G. et concessio tituli confalonerii, seu vexilliferi favore priorum oppidi Canthiani Eugubinae diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoralis Nostra sollicitudo postulat, ut Nostrorum, et S. R. E. in temporalibus etiam subditorum quieti, et concordiae, prout res, tempusque exigat, consulamus, atque honorificentia illorum oppidorum, quae habitantium frequentia, civium splendore, ac in Nos, et hanc apostolicam Sedem devotione, et fide non mediocriter eminuerunt, et eminent, prospiciamus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, iterum excitata sit vetustissima controversia inter dilectos filios modernos confalonerium, collegas, et consules communitatis antiquissimae civitatis Nostrae Eugubinae ex una parte, et priores universitatis pervetusti oppidi Nostri Canthiani Eugubinae diocesis ex altera, quarum partium prima contendit, ne primus priorum Canthianensium contra epistolam ducis Urbinatensis datam die decimanona novembris 1619., et contra unam, seu duas res iudicatas, atque fel. rec. Clemente XIII. praedecessore Nostro per suas in simili forma Brevis expeditas literas confirmatas confalonerii, seu vexillarii titulo utatur, et gaudeat; cum litis huiusmodi decisio coram filio magistro Carolo Pelagallo uno ex locumtenentibus auditore causarum palatii Nostri apostolici adhuc pendeat.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos attentis peculiaribus circumstantiis animam Nostrum merito moventibus, dictos priorem, et universitatem oppidi Canthiani, quod olim civitas Luceoli fuisse dicitur, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae exi-

stant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine controversiae, seu liti huiusmodi, cujus actualem statum in praesentibus pro sufficienter expresso haberi volumus, perpetuum silentium imponentes, causam, seu causas praefatas nullo unquam tempore coram quocumque Romanae curiae iudice, et tribunali, aut apostolico-delegato agitari, et proponi decernimus, atque mandamus. Ac dilecto filio moderato, et pro tempore in perpetuum existenti primo ex prioribus dicti oppidi Canthiani, ut ipse posthac confalonerii, seu vexillarii titulo uti, frui, et gaudere, atque in quibuscumque actibus tam privatis, quam publicis, necnon in quibusvis literis apostolicis tam gratiam, quam iustitiam quomodolibet concernentibus per dictos priorem, et universitatem pro tempore impetrandis, vel sibi singulatim, aut generaliter etiam ex simili motu proprio concedendis se confalonerium, seu vexillarium inscribere, et denominare, ac vicissim ab aliis quibuscumque inscribi, et denominari libere et licite possit, et debeat, motu, et potestate similibus de speciali dono gratiae concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarint sufficienter adductae, verificate, et iustificate fuerint, aut ex alia quacumque, quatumvis legitima, iuridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notati, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut

Clausula sublata, et decretum irritans.

etiam ex motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessio, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, ac dictis primo ex prioribus oppidi Canthiani, illisque ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales quoque de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Clementis prædecessoris literis, ac etiam, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub anno piscatoris die quinta julii 1803. pontificatus Nostri anno quarto.



CCXVIII.

Dat. die  
7 julii  
1803  
anno IV.

Revocatio privilegii concessi amplissimis S. R. E. cardinalibus conferendi beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **S**olliciti profecto Romani pontificis semper fuerunt, personas illas, quas divina clementia magis illustravit iis gratiarum muneribus, privilegiis, et facultatibus præcipuis decorare, ex quibus membra Romanæ Ecclesiæ existere, et ipsi supremo pastori adsistere palam dignosceretur. Proemium

§. 2. Quoniam vero graves identidem causæ intercedere solent, ob quas pro rerum ac temporum circumstantiis multa oporteat immutare; ac revera nonnulli Romani pontifices prædecessores Nostri, inter quos san. mem. Pius V., et Gregorius XIV. ac Paulus V. aliqua statuerunt, limitaverunt, ac reformarunt circa indulta, quæ Sedes apostolica unicuique ex S. R. E. cardinalibus impartiri, ac temporum circumstantias aliquid super iisdem indultis, animo licet invito, cognoscimus, necessario esse præferendum. Ratio decernende revocationis privilegii.

§. 3. Cum enim pastoralis curæ Nobis impositum onus exigat, ut congruæ sustentationi ecclesiasticarum personarum, vel quæ hujus sanctæ Sedis servitio propius addictæ sint, vel quæ justis aliis de causis Nostram, et ejusdem Sedis liberalitatem experiri mereantur, eapropter, ne opportuna Nobis deficient media beneficiis hujusmodi personis gratificandi motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, harum Nostrarum literarum vigore decernimus, ut firmis remanentibus indultis, omnibus a Nobis et Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, cuilibet ex venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. cardinalibus super jurisdictione et facultate conferendi beneficia ecclesiastica metropolitana, vel patriarchalia, aut episcopalia, seu abbatialia eccle-

Revocatio privilegii, cum suis reservationibus, et declarationibus specialibus.

siarum ab eis actu ex dispensatione apostolica obtentorum, exceptis tantummodo nonnullis in eisdem literis expressis casibus, Sedi apostolicæ affecta et reservata etiam ratione mensium, apostolicorum nuncupatorum adhuc concessis, deinceps perpetuis futuris temporibus a data præsentium literarum apostolicarum, quicumque ex iisdem cardinalibus, qui de aliqua metropolitana vel episcopali, (exceptis tantum sex episcopalibus suburbicariis) aut abbatiali ecclesia, in temporali S. R. E. ditione existente, ex apostolica concessione in posterum provideatur, aut de una ad alteram sedem transferatur, de simili indulto nti nequat illa in parte, quæ collationem respicit perpetuorum simplicium, cuiuscumque generis redditus, ac speciei beneficiorum ecclesiasticorum personalem residentiam non requirentium, quorum collatio, vel ratione mensium juxta novam cancellariæ Nostræ regulam, vel quacumque alia de causa ad Sedem apostolicam pertineret, nisi vigore indulti præfati, antea eisdem cardinalibus concessis, collatio hujusmodi fuisset permessa, itaut in posterum quoad beneficia tantum ecclesiastica personalem residentiam requirentia in metropolitanarum, vel episcopali, aut abbatialium ecclesiarum diocesis ab eis obtentis, pro tempore vacantia et Sedi apostolicæ reservatæ de consuetudo indulto uti valeant sub legibus in illo expressis, etiam quoad obligationem novam beneficiorum hujusmodi provisionem a Sede apostolica infra certum in dicto indulto, quoad omnes a quocumque cardinale provisos, præfixum tempus impetrandi, ac jura cameræ apostolicæ, et aliis propterea debita persolvendi, alias pridem inunctam, et postea a fel. rec. Benedicto XIV. similiter prædecessore Nostro declaratam.

Præceptum de reformanda formula expeditionis in futuris collationibus beneficiorum.

§. 4. Statuimus insuper, ac declaramus, quod in quibuscumque facultatibus, indultis, ac concessionibus, deinceps singulis S. R. E. cardinalibus elargiendis super beneficiorum vacantium et vacaturorum dispositione, exceptis illis existentibus in sex episcopatibus suburbicariis, eadem præsens constitutio Nostra observeatur, omnesque apostolicæ literæ in posterum expediendæ reformentur juxta præsens mandatum Nostrum, ac

si præter vel contra formam atque tenorem hujus Nostræ constitutionis deinceps expeditæ fuerint, nullius erunt roboris vel momenti, nec cuiquam poterunt suffragari.

§. 5. Decernentes præsentibus Nostras literas semper et perpetuo validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac super omnibus præmissis per quoscumque etiam causarum palatii apostolici auditores, ac etiam ipsos cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere, nec non irritum et inane si secus super his per quoscumque etiam præsentium indultorum, facultatum, et concessionum hujusmodi scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus apostolicis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non privilegiis, indultis, facultatibus, concessionibus, et literis apostolicis etiam eisdem S. R. E. cardinalibus pro tempore existentibus quomodolibet ex quacumque causa, hic forsitan de necessitate exprimenda respective concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; usibus quoque, stilibus, tollerantiis, permissionibus, et consuetudinibus etiam diuturnis et inveteratis, in contrarium præmissorum forsitan facientibus, vel obstantibus; quibus omnibus et singulis illorum omnium et singulorum tenores etiam veriores pro plene, et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter et expresse, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ limitationis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, septimo idus julii, pontificatus Nostrum anno quarto

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Sanctio poenalis.

Dat. die  
19 Julii  
1903  
anno IV.

CCXIX.

Statuta circa applicationem quarundam cappellaniarum hospitali s. Josephi Lisbonensis facienda, si statuto tempore earum præscripta opera expleta non fuerint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **P**astores æterni vices gerentes in terris illud potissimum curandum Nobis esse censemus, ut quidquid opis, aut levaminis Christi pauperibus afferri potest, afferatur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Laurentius de Langastre regii hospitalis sancti Josephi civitatis Lisbonensis præses, quod felicis recordationis Paulus pp. III. prædecessor Noster per officium penitentiariæ xvi. kalendas septembris MDXLVIII. in subsidium dicti hospitalis tunc temporis cum confraternitate Misericordiæ nuncupata incorporati legata a testatoribus relicta, et intra tempus in eorum testamentariis tabulis præfixum non expleta, quoad civitatem Lisbonensem, ejusque districtum dumtaxat attribuit, et applicavit, ac per quævis pia opera, quæ in dicto hospitali fierent, ipsis operibus per testatores præscriptis satisfactum esse censeretur indulgit, ea tamen lege, ut quæ certis personis, certisque locis relicta fuissent, illis omnino persolverentur: deinde pro aucto infirmorum, et expositorum numero, auctis quoque ejusdem hospitalis indigentis, fel. recor. Clemens papa VIII. prædecessor itidem Noster concessionem prædictam ad universam diocesim Lisbonensem extendit: ineunte vero tempore, crescentibus adhuc ipsius hospitalis expensis, rec. mem. Pius pp. VI. prædecessor pariter Noster per suas in simili forma brevis die vii. Julii MDCCLXXIX. expeditas literas eandem concessionem ad omnia regna, insulas, et acquisitas regiones, aliaque dominia carissimæ in Christo filie Nostræ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ subiecta ampliavit; ac tandem ad dirimendas nonnullas desuper obortas quæstiones ipse Pius prædecessor per alias suas similes die xxvi. Julii

MDCCLXXXIV. datas literas declaravit; et voluit ab hujusmodi applicatione illas tantum cappellanas esse excipiendas, quæ certas personas respicerent, vel ad certum, et expressum altare, aut etiam in illis ecclesiis essent erectæ, in quibus fundatorum suorum ossa jacerent, ac alias, prout in respectivis dictorum prædecessorum literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continentur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ob magis in dies auctum infirmantium, expositorumque numerum dictum hospitale ulteriore adhuc subsidio indigeat; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictum hospitalis hujusmodi præsidem, omnesque, quibus hæc literæ favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus quoque dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasilie principis, atque Portugalie, et Algarbiorum regnorum regentis inclinati applicationem, et concessionem prædictam favore dicti hospitalis sancti Josephi jamdiu a memorato Paulo factam, et a Pio, ut præfertur, ampliatam extendimus ad omnes etiam, et singulas cappellanas, quæ certas personas respiciunt, vel ad certum, et expressum altare, aut etiam in illis ecclesiis fundatæ existunt, in quibus earundem fundatores sepulti sunt, ab eodem Pio prædecessore ultimo loco exceptas etiam auctoritate apostolica, tenore præsentium ampliamus, atque illas tantum ex cappellaniis hujusmodi exceptas esse volumus, quæ in patrimonium sacrum eorum possessoribus constitutæ esse reperientur, duratura hujusmodi exceptione quoad ipsi actuales possessores vixerint dumtaxat, servata tamen in reliquis dictorum prædecessorum literarum forma, et dispositione.

Tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat de præsentibus, et in futurum quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.



§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memorati Pii prædecessoris ultimo loco expeditis literis, et quorumcumque testatorum, qui cappellanas huiusmodi etiam in ultima voluntate ordinarunt, quam voluntatem, quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non omnibus, et singulis illis, quæ memorati prædecessores Nostri in suis respective literis prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCXX.

Dat. die  
21 julii  
1803  
anno IV.

Applicatio perpetua favore hospitii expositorum civitatis Zamorensis nonnullarum pensionum jam super mensam episcopalem Zamorensis impositarum.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Singulari semper lætitia Proentium. perfundimur dum catholicorum principum erga pia loca in pauperum levamen erecta studium ardens agnoscimus; proindeque animi Nostri sensus palam ostendere nunquam dubitavimus in iis omnibus elargiendis, quæ ad huiusmodi effectum necessaria esse dignoscantur, ac Nostra, et huius sanctæ Sedis auctoritate ea præbimus adjumenta, quæ ab apostolica suprema potestate Nobis concedita, principibus ipsis convenire, et in pauperum sibi subditorum utilitatem conducere iudicamus.

§. 2. Dilectus modo filius eques Antonius De Vargas y Laguna carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos, et apostolicam Sedem prædictam plenipotentarius administer, ejusdem Caroli regis nomine Nobis significavit, quod hospitium, et pia domus expositorum in civitate Zamorensi erecta adeo congruis redditibus indiget, ut nisi ei conveniens subsidium aliquo modo afferatur, in sua institutione minime valeat permanere, ideoque ad illius favorem præfatus Carolus rex perpetuam infrascriptarum pensionum assignationem statuit a Nobis enixe postulare.

Exponitur gravis status hospitii.

§. 3. Si igitur una sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Benedicto Colmenares, ac alia centum septuaginta unius et juliorum quindecim cum dimidio alterius julii Josepho Gutierrez Solana, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Francisco Antonio Morera de la Vall, ac alia aliorum centum et trium, et juliorum duorum Bartholomæo Atance, ac alia quatuorcentum sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Josepho Ferdinando Ca-

Enumerantur præstationes eidem hospitio assignandæ.

vallero, ac alia centum triginta septem et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Mena y Tunguito, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Antonio Gutierrez, ac alia centum septuaginta unius, et juliorum quindecim cum dimidio alterius julii Rocho Pinaela, ac alia pariter centum septuaginta unius, et juliorum quindecim Joanni De la Cruz Gallego y Alarcon, ac alia aliorum centum septuaginta unius et juliorum quindecim Francisco Marucchi, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Rocho Sebastiano Zilleraelo, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Joachimo Paschali Hidalgo, ac alia sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Gaspari Esteller, ac alia centum et trium, ac juliorum duorum Aloisio Garcia Eschaburu, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Xaverio de y Turriaga, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Feliciano Martin, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Vasquez de la Quadra y Lison, ac alia centum septuaginta unius, et juliorum quatuordecim cum tribus quartis Thomæ Falcon y Salcedo, ac alia similis aliorum centum septuaginta unius, et juliorum quatuordecim cum tribus quartis Josepho Palacios, et reliqua pensionibus annuis centum triginta septem respective ducatorum auri de camera, et juliorum octo monetæ Romanæ cum dimidio alterius julii similis Tiburtio Garcia Gallardo respective clericis, seu presbyteris dilectis filiis illas annuatim respective percipientibus apostolica auctoritate super fructibus mensæ episcopalis Zamorensis, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personæ idoneæ Romano pontifici pro tempore existenti faciendâ ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, respective reservatæ reperiuntur; eidem hospitio, et domui expositorum, postquam cessaverint, applicatæ fuissent, ex hoc profecto tenuitati reddituum hujusmodi opportune consultum foret.

§. 4. Laudabili propterea, justoque ejusdem Caroli regis desiderio Nos obsecundare, ejusdemque precibus, quantum opportune fieri potest, satisfacere cupientes, idem hospitium, et piam domum hujusmodi ad omnes et singulas pensiones supradictas super fructibus præfatæ mensæ episcopalis Zamorensis alias, ut præfertur, apostolica auctoritate reservatas, ex nunc prout ex tunc, postquam ex personis eas respective percipientibus quomodolibet cessabunt, præfatum hospitium, et eandem domum expositorum ad pensiones prædictas, quæ una cum aliis pensionibus perpetuis futuris temporibus duraturis alias pariter super eisdem fructibus pari auctoritate reservatis, et in præsentii assignatione, seu nova reservatione exceptis, tertiam partem omnium prædictæ mensæ episcopalis fructuum constituunt, eidem hospitio, et piæ domui, ac pro eis illarum rectoribus, seu præsulibus, aut administratoribus, vel deputatis, ac eorum procuratoribus legitimis per venerabilem fratrem Nostrum modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiæ Zamorensis episcopum reservationi pensionum usque ad tertiam partem ipsius mensæ episcopalis fructuum jam assentitum, et successores suos episcopalem ecclesiam prædictam successive quomodolibet obtinentes annis singulis in termino, seu terminis jam in actu reservationis illarum respective statuto, seu statutis, vel in posterum inter partes statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendas, et per rectores, præsales, aut administratores, vel deputatos supradictos, seu legitimos eorum procuratores percipiendas, exigendas, levandas, et in hospitii præfati, ac piæ domus hujusmodi usus, et utilitatem convertendas perpetuis futuris temporibus nominamus, et quatenus opus sit, ad prædicti hospitii, et domus expositorum antedictæ favorem pensiones supradictas apostolica auctoritate de novo per præsentem in perpetuum reservamus, constituimus, et assignamus; decernentes prædictum episcopum, et successores præfatos ad integram dictarum pensionum solutionem juxta reservationis, constitutionis, et assi-

Omnia conceduntur ad formam præcæ.

gnationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Tolluntur reservationes quibus obnoxia prius pensiones reperiebantur.

§. 5. Et insuper pensiones supradictas per præsentis, ut præfertur, de novo reservatas, etiamsi reservatio hujusmodi extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio facta extiterit, ex quovis prætextu, et ex quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem præsentis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, et quocumque alio defectu notari, impuguari, invalidari, aut injus, vel controversiam vocari, aut adversus illam quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concessio, et impetrato quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere perinde ac si pensiones prædictæ per præsentis reservatæ in consistorio Nostrum, et de eorumdem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensiones supradictas solvere debebunt, reservatæ fuissent; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos, etiam de latere legatos, vicelegatos, dicteque Sedis nuncios iudicari, et definiti debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deputatio ex auctoritate apostolice Sedi.

§. 6. Quocirca dilectis filiis magistro Nicolao Riganti in utraque signatura Nostra referendario, ac decano, et antiquiori canonico prædictæ ecclesiæ Zamorensis per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensiones per præsentis reservatas præfatas, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti Nostrum hujusmodi continen-

tiam, et tenorem integre persolveri, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione posposita, compescendo.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus apostolicis, dicteque ecclesiæ Zamorensis etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensurarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habeada, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus præfatis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam Nostræ nominationis, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio-

Derogatio contrariarum.

Sanctio penalibus.

nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, sexto kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die  
30 julii  
1803  
anno IV.

CCXXI.

Impositio subventionis faciendæ in omnibus actibus ultimæ voluntatis favore archiepiscopalis Sancti Spiritus de urbe.

## E D I T T O

Francesco del titolo di s. Lorenzo in Lucina della S. R. C. prete cardinale Carafa, e del sagro, ad apostolico archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma, e suoi annessi visitatore apostolico.

Visitator apostolicus eedulam motus-proprii exequendam recepisse declarat.

§. 1. Intenta sempre la Santità di Nostro Signore felicemente regnante, a particolarmente provvedere alla sussistenza di que' pii stabilimenti, li quali direttamente interessano la conservazione, e la felicità de' suoi amatissimi sudditi; si è degnata, alle tante altre beneficenze già versate sopra il sagro, ed apostolico archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma, aggiungere le benigne ordinazioni contenute nella cedola di motu-proprio segnata il giorno 30. dello scorso luglio, ed esibita negli atti del Salvatore uno de' segretari della R. C. A. sotto il dì 11. corrente agosto, a noi clementissimamente diretta per la sua esecuzione; la quale è del seguente tenore

## PIUS-PAPA VII.

Motu proprio

Tenor motus-proprii.

§. 2. Lo stato lagrimevole, in cui le vicende de' tempi involsero uno de' più grandi stabilimenti di pubblica carità nella Nostra dominante, qual' è l'archiospedale denominato s. Spi-

rito in Sassia; eccitò il paterno animo Nostro, a commetterne la visita apostolica al reverendissimo cardinale Francesco Carafa con amplissime facoltà, affinché rettificando la situazione delle sue rendite, e correggendo ogni disordine della sua interna economia, gettasse le fondamenta della sua futura felicità. Col solito suo zelo ha egli pienamente corrisposto alle Nostre intenzioni, e prosegue tuttavia a perfezionare l'opera così bene incominciata. Noi pure, persuasi della somma importanza, anzi della decisa necessità, di sostenere un pio istituto, il quale ne' molteplici suoi rami ha tanti rapporti colla pubblica causa, non abbiamo mancato di porgere una mano adjutrice alla sua sussistenza, con quelle sovvenzioni, che le forze del Nostro erario, e la concorrenza di tanti altri doveri del Nostro sovrano ministero ci hanno permesso. Conoscendo però insieme quanto sia necessario di equilibrare con qualche stabile provvidenza lo sbilancio delle sue rendite in comparazione dei suoi moltiplicati bisogni, abbiamo pur voluto, che le risorse di un' opera così santa derivino quasi più da un tributo di cristiana carità de' Nostri amatissimi sudditi, di quello che da una forzosa loro contribuzione. Riflettemmo perciò, che se gli esercizi di caritatevole liberalità debbono accompagnare la vita d'ogni cristiano, molto più sono proporzionati alle ultime sue volontà dettate nell'aspetto terribile della morte, e dell'imminente divino giudizio, e che conseguentemente niuno de' fedeli non avrebbe riputato conducente al suo bene spirituale il soccorrere in tale occasione, ed a seconda delle forze, la causa de' poveri, e de' poveri così privilegiati.

Intendendo perciò Noi, di eccitare ad un'opera così meritoria la pietà, e la carità degli abitanti di Roma, e dell'agro Romano particolarmente interessati alla conservazione di questo pio stabilimento, per assicurare insieme nelle sue risultanze un fondo alla perenne economia dello stesso stabilimento; di Nostro motu-proprio, certa scienza, e colla pievezza della Nostra sovrana potestà siamo venuti nella determinazione di promulgare le seguenti disposizioni.



## I.

De subventione libere decernenda a testatoribus, pro validitate testamentorum.

§. 3. Qualunque disposizione di ultima volontà, la quale si scriverà, o si ordinerà dopo la pubblicazione del presente Nostro motu-proprio, o solenne, o inter liberos, o secondo la forma del capitolo *cum esses*, o *ad pias causas*, o finalmente in qualunque causa, anche degna di speciale menzione, sia nella città di Roma, sia nell'agro Romano, o sia ancora da cittadini Romani, li quali accidentalmente altrove si trovassero, non potrà, o dovrà riputarsi valida a qualunque effetto di ragione, anche il più privilegiato, se nella medesima non si riconosca lasciata liberamente dal disponente una qualche sovvenzione all'archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma.

## II.

De pondere subventionis juxta vires hereditatis.

§. 4. Questa sovvenzione non dovrà essere minore di uno scudo di paoli dieci di moneta Romana, ogni qualvolta l'eredità lasciata superi li scudi cinquanta; in guisa che tutte le disposizioni come sopra, nelle quali, o non si ravvisi sovvenzione alcuna, o siasi lasciata inferiore alla prescritta quantità, debbano riputarsi nulle, irrite, e come non fatte, siccome Noi le irritiamo, e cassiamo. Esortiamo per altro vivamente nel Signore tutti li sopradetti disponenti, e sopra tutto gli ecclesiastici costituiti in qualunque dignità anche cardinalizia, ad esercitare la loro pia liberalità colla maggiore effusione verso una causa così santa, e per un oggetto così salutare per l'anime loro.

## III.

Applicatio taxae pro testamentis jam conditis.

§. 5. Le soddisfazioni di ultima volontà scritte, o ordinate prima della pubblicazione del presente Nostro motu-proprio, ma che dopo tale pubblicazione abbiano il loro effetto colla morte del disponente, si reputeranno valide, ed utili, benchè nulla in esse trovasi lasciato all'opera pia di s. Spirito: bensì in tal caso l'eredità di simili disponenti sarà obbligata somministrare all'opera pia suddetta la sovvenzione di un scudo come sopra.

## IV.

§. 6. Li notaj, li quali si roghe- De onere notariorum nunciandi dispositionum tenentium.  
ranno della consegna, e dell'apertura de' testamenti, dovranno, sotto pena di privazione dell'ufficio, e di perpetua inabilitazione ad esercitarlo, darne subito notizia a monsignor commendatore pro-tempore di s. Spirito, colla particola legalmente estratta della sovvenzione lasciata come sopra, alla quale vogliamo, che si abbia piena fede in giudizio, all'effetto di subito coartare co' più pronti, ed efficaci rimedi di ragione gli eredi alla prestazione del pio legato.

## V.

§. 7. Inculchiamo tanto alli parrochi, ed altri sacerdoti assistenti agl' infermi, quanto a' notaj, di rammentare a fedeli disponenti quest'obbligo di carità, e questa Nostra sovrana prescrizione, eccitandoli insieme ad uniformarsi alla medesima con una proporzionata cristiana generosità.

De parochiis, aliisque ministrantibus infirmis.

## VI.

§. 8. Commettiamo l'esecuzione di questa Nostra volontà al rmo card. Carafa presente visitatore apostolico del medesimo archiospedale, dandogli a tal' effetto tutte le più ampie, ed illimitate facoltà, di pubblicare editti, e di prescrivere quelli ulteriori stabilimenti, che la sua prudenza riputerà conducenti al più facile, e sicuro adempimento delle Nostre providenze.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non esibita, nè registrata in camera, e nei suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, e di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridici, anche di jus quesito, o pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, o revocata, ridotta *ad viam juris*, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, o interpretarsi da qualsivisia giudice, o tribuna-

Clausula salutaris, et irritantes.

le, benchè collegiale, congregazioni anche di rmi cardinali, legati a late-re, vice-legati, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario.

§. 10. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*. Non ostante ancora tutti, e qualsiviano chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editi in virtù di essi, ed in qualunque modo emanati, affissi, e publicati; leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, supplendo colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, o difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio ampiamente, deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 30 luglio 1803.

## PIUS PP. VII.

§. 11. Affichè pertanto le surriferite benefiche disposizioni di Sua Beatitudine siano adempiute, ci affrettiamo di dedurle col presente Nostro editto a notizia di ognuno.

E prevalendoci delle facoltà benignamente accordateci nell' articolo VI. del surriferito motu proprio, ordiniamo, e comandiamo, che l'erede, o eredi testamentari, o loro legittimi rappresentanti, e così pure gli esecutori testamentari dell'ultima volontà di qualunque disponente compresa nel divisato motu proprio, debbano onninamente nel termine d'un mese dalla morte del testatore, recare liberamente alla cassa del banco di s. Spirito di Roma, da noi a tal' effetto destinata, l'intera sovvenzione lasciata, o dovuta a forma in tutto, e per tutto del surriferito motu proprio, passato il qual termine si procederà contro di essi col più validi, ed efficaci rimedj di ragione.

Vogliamo inoltre, che ciascun notajo della città di Roma, perchè abbia sempre presente le obbligazioni a lui addossate da Sua Beatitudine per un oggetto sì sacro, debba ritenere affisso alla vista di ognuno nel proprio officio un' esemplare del presente nostro editto.

Ci riserviamo di dare anche in appresso quelle ulteriori disposizioni, che a seconda de' casi giudicheremo espedienti per la più pronta esecuzione della mente di Sua Santità. Volendo intanto che il presente editto affisso, e publicato ne' soliti luoghi di questa capitale obblighi tutti, come se a ciascuno fosse stato personalmente intimato. Dal palazzo di nostra residenza alli Cesarini, questo dì 5. agosto 1803.

Francesco card. Carafa visitatore apostolico.

Annibale canonico Gentili archivista e segretario.

## CCXXII.

Extensio privilegii apostolici absolventi a reservatis, et a censuris in perpetuum pro communitatibus monialium s. Benedicti in Hispania, quæ unitæ non sunt congregationi Vallisoletanæ ejusdem ordinis.

## Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper est nomine communitatum dilectarum in Christo filiarum monialium ordinis sancti Benedicti in Hispania, quæ unitæ non extant congregationi Vallisoletanæ ejusdem ordinis, se vehementer optare, ut in favorem ipsarum per Nos extendatur quoddam privilegium recolendæ memoriæ Pauli pp. III. prædecessoris Nostri, quo nempe, ut supponunt, superioribus communitatum monialium enuciatae congregationis, seu eorum delegatis facultas absolvendi singulis in anno secundis feriis primæ hebdomadæ quadragesimæ personas communitatibus

Dat. die  
2 augusti  
1803  
anno IV.

Derogatio contrariorum.

Executio.

hujusmodi subiectas a cunctis casibus reservatis, cunctisque pœnis, sententiis, et censuris ecclesiasticis indulta, et concessa fuit; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, easque omnes ac singulas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, superioribus vicariis, confessariis, et cappellanis communitatum monialium exponentium approbatis ab ordinario, ut ipsi juxta indultum, seu privilegium, quod laudatis prædecessor communitatis monialium memoratæ congregationis Vallisoletanæ, ut præfertur, concessit, ac dummodo illud adhuc perduret, secunda feria primæ hebdomadæ quadragesimæ in quolibet anno personas subditas communitatibus earumdem exponentium a casibus reservatis, nec non a pœnis, sententiis et censuris ecclesiasticis, quibus innotatæ extiterint, absolvere, in foro tamen conscientie tantum, ac servata in omnibus forma et dispositione recensiti privilegii, adimpletisque operibus in eo præscriptis, libere, et licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium in perpetuum concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrarium.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto,

CCXXIII.

Dat. die  
2 augusti  
1803  
anno IV.

Facultas abbatissæ, et monialibus monasterii s. Claræ civitatis Almeriensis admittendi duas sæculares mulieres intra monasterium semel, aut bis in mense ad habitus expurgandos.

Venerabili fratri  
episcopo Almeriensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa monasterii monialium ordinis s. Claræ istius Almeriensis civitatis, quod ipsæ, ut asserunt, regulari habitu utuntur albo, qui ex crebrioribus lotionibus, nisi hæe diligenter fiant, statim conteritur, ideoque ad corrigendam externarum purgatricum oscitantiam, atque impensas pro habitu hujusmodi suorum renovatione immittendas, per duas probas mulieres sæculares intra ipsius monasterii claustra id operis perfici, dictosque habitus ibidem, aliquibus ex ipsis monialibus insipientibus, lavari posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præsum.

§. 2. Nos ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, atque mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, eisdem abbatissæ, et monialibus, ut ipsæ duas honestas mulieres sæculares tantum per ejusdem monasterii superiorissam pro tempore in perpetuum existentem prius adprobandas una, vel ( si necessitas id postulaverit ) duabus etiam vicibus pro quolibet mense ad præ-

Tenor concessionis.

missorum effectum dumtaxat intra monasterium admittere, ac mulieribus hujusmodi, ut ipsius monasterii clausuram ingredi, ibique etiam per diem integri, quando necesse fuerit, degere, victumque ( non tamen cum monialibus ) sumere, ac dummodo earundem monialium cellas, ac alia monasterii loca, præter ea, quæ opus fuerit, visitent, neque ibi pernoctent sub pœna excommunicationis latæ sententiæ eo ipso absque alia declaratione incurrenda, libere, et licite possint, et valeant licentiam, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et consensu concedas, et indulgeas.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac monasterii hujusmodi, dictique ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto

CCXXIV.

Indulgetur mansionariis collegiatae ecclesie s. Agathæ Feltriæ Feretranae diocesis, ut loco almutiarum quas adhuc deferre consueverunt, mozzetam violaceam supra cottam gestare possint.

Dat. die  
2 augusti  
1803  
anno IV.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte dilectorum filiorum modernorum mansionariorum collegiatae s. Agathæ Feltriæ Feretranae diocesis expositum Nobis fuit, quod Nos paulo ante dilectis filiis capitulo, et canonicis dictæ collegiatae per alias Nostras in simili ferma brevis expeditas literas concessimus, ut ipsi pro almutiis, quibus utebantur, alia nova insignia canonicalia gestare possent, iidem quoque mansionarii dictas almutias tum ad quamdam uniformitatem servandam, tum etiam ad externum choralem splendorem augendum in alia nova insignia commutare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus mansionariis dictæ collegiatae s. Agathæ Feltriæ, ut loco almutiarum nigrarum, quas adhuc deferre consueverunt, mozzetam violaceam laneam hyemali, æstivo vero tempore sericam cum globulis, et assulis ejusdem violacei coloris supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, atque mozzeta hujusmodi uti libere, et licite possint, et valeant, au-

Expositio pre-  
cum.

Tenor concessio-  
nis.

toritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die  
11 augusti  
1803  
anno IV.

CCXXV.

Facultas superiorissæ, et monialibus monasterii sanctissimæ Conceptionis civitatis Malacitanæ introducendi ancillas seculares in perpetuum.

Venerabili fratri episcopo  
Malacitano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

Expositio præ-  
cum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatisse, seu priorisse Margaritæ Romeo, et moniales monasterii sanctissimæ Conceptionis istius Malacitanæ civitatis, quod ex veteri consuetudine nonnullæ mulieres sæculares tam earum communitati, quam privatim singulis monialibus prædictis intra monasterii claustra inservientes ibi retineri solent, quas mulieres semel admissas nunquam eas ex monasterio dimittere, aut mutare consueverunt. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, incertum adhuc sit, an hæc consuetudo admittendi, et retinendi sæculares puellas inservientes alicui indulto apostolico innitatur, cumque etiam justis

de causis interdum oporteat aliquam inservientiam hujusmodi e monasterio dimittere, earumque numerum pro variis monasterii et monialium necessitatibus imminuere, vel augere; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantam rei gratia absolventes et absolutas fore censes; supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, quatenus consilio tibi de narratis, eisdem exponentibus, ac pro tempore in perpetuum existentibus monialibus dicti monasterii, tot ancillas sæculares in monasterium hujusmodi introducendi, quot pro ipsius monasterii, et monialium particularium servitiis dumtaxat fuerint necessariæ auctoritate Nostra apostolica, arbitrio tuo facultatem concedas.

Tenor concessio-  
nis.

§. 3. His tamen legibus, primo scilicet, ut superiorissa, et moniales ejusdem monasterii pro singularum ancillarum hujusmodi admissione suffragium suum secretum capitulariter congregatæ ferant: secundo, ut ancillæ assumendæ sint virgines, honestæque conditionis, et famæ: tertio, ancillæ hujusmodi habitu, cultaque utantur modesto abaque localibus auro, sivi serico, locutorii, et clausuræ leges observent, ac famulatum respective debitum præstent: tandem, ut si semel aliqua ex dictis ancillis e monasterio egrediatur, aut dimittatur ex admissa tamen culpa, in illud amplius sine hujus sanctæ Sedis licentia redire nequeat; præterea ipsis abbatisse, et monialibus ancillas hujusmodi, gravi tamen accedente causa, dimittendi, et mutandi, aliasque novas, modo supra expresso, admittendi, earumque numerum pro diversis monasterii, et monialium particularium necessitatibus imminuendi, vel au-

Conditiones  
adnexæ.

gendi facultatem auctoritate, et arbitrio prædictis concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima prima augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

## CCXXVI.

Dat. die  
19 augusti  
1803  
anno IV.

Instantibus generali, et provincialibus ordinis Cappuccinorum mandatur, ut post quintam votationem nulla sequuta resolutione propter æqualitatem suffragiorum, auxiliarem vocalem assumere possint, in perpetuum.

## Pius PP. VII.

### Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Pro debito pastoralis officii, quo universæ Catholicæ Ecclesiæ, universisque regularibus ordinibus, divina dispositione præsidemus, illud quoque prospiciendum Nobis esse ducimus, ut ea, qua par est, celeritate ordinum hujusmodi negotia conficiantur.

Expositio pro eam.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus a Ba-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 73.

stillo fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, minister generalis, quod quamquam per dicti ordinis statuta auctoritate apostolica confirmata pro faciliore, et promptiore negotiorum expeditione impar vocalium numerus, sex scilicet definitorum præter ministrum generalem in generalibus, quatuor autem definitorum, præter ministrum provincialem in provincialibus ipsius ordinis comitiis præscriptus reperitur, interdum tamen fit, ut vel ex superveniente alicujus ex dictis vocalibus obitu, aut infirmitate, vel alia de causa disparitas numeri hujusmodi tollatur, ac in rerum deliberationibus suffragia pro utraque parte æqualiter divisa, et nonnunquam etiam post multas votationes inter se mutuo, æqualiterque pugnantia semper remaneant, quia interim ulla super rebus propositis sequatur deliberatio; cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, ex nimia rerum gerendarum hujusmodi procrastinatione multa inconvenientia oriri possint.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos malis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, ac dicti ministri generalis, aliorumque, quibus præsentibus Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore contentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ut, si, et quando in generali, et provinciali dicti ordinis capitulis primo quoque tempore, et in perpetuum juxta ipsius ordinis statuta celebrandis post quintam votationem ob constantem suffragiorum æqualitatem prædictam electio, vel decisio minime fuerit secuta, tam minister generalis in capitulo generali, quam ministri provinciales in provincialibus capitulis unum alium ejusdem ordinis professorem ex senioribus ad sui libitum respective eligendum in vocalem auxiliarem assumere, et adsignare possint, et debeant, et eorum singuli possint, et debeat, atque hic auxiliarius sic adsignatus, suffragium suum

super guardianorum provisione, lectorum electione, ac super quibuscumque aliis deliberationibus dumtaxat, quæ, ut præfertur, suspensione remanserint, pro sua prudentia ferre libere, et licite pariter possit, et debeat, perinde ac si ipse definitor generalis, vel provincialis tunc esse comperiretur, statuimus, atque præscribimus.

Clausula sub-  
tata, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariarum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales mentio habenda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris, die decima nona augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVII.

Dat. die  
23 augusti  
1803  
anno IV.

Concessio tituli marchionis favore comitis Antonii Brancadoro ejusque successorum in infinitum Firmatæ civitatis.

Dilecto filio Antonio ex comitibus  
Brancadoro.

Pius PP. VII.

Dilecte fili  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem.

§. 1. Ex Romani pontificis, et Sedis apostolicæ beneficentia prævenire dignum est, ut qui erga illos non exigua fidei, et devotionis signa demonstrant, quique nobilitatis, et aliis probitatis, et virtutum meritis ornati sunt, iidem ab ipso Romano pontifice, et Sede prædicta honoribus, et gratiis decorentur.

Premium.

§. 2. Te itaque ob sinceram tuam in Nos, et Sedem eandem fidem, et devotionem, aliaque tua merita specialibus beneficentiæ Nostræ favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ac tuis descen-

Ratio, et tenor concessionis.

dentibus legitimis, et naturalibus infinitum, qui in sinceritate catholice fidei, et Sedis predictæ obedientia perstiterint, ut titulo marchionis ac insigniis prærogativis, privilegiis, et indultis quibus veri marchiones de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, ac gaudere possunt, et poterunt in futurum in omnibus, et per omnia non solum ad eorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite, tam tu, quam dicti tui descendentes possitis, et valeatis, tenore præsentium conferimus, et indulgemus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibi que, ac descendantibus prædictis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die vicesima tertia augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCXXVIII.

Dat. die 26 augusti 1803 anno IV.

Concessio indumentorum magis insigniorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ collegiatae s. Martini terræ de Caldarola diocesis Camerinensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia sacris ministris ibi altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt, dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatae ecclesiæ sub titulo s. Martini de jure patronatus, ut pariter asseritur, nobilis familiæ Pallotta terræ de Caldarola, Camerinensis diocesis, in qua præpositus unica dignitas, sex canonici, totidemque beneficiati existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia et devotione ita floreat, atque non parum honorificentia ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibidem susciperet incrementa, si ejusdem collegiatae præpositus, canonici, et beneficiati prædicti novis decorationibus donentur.

Expositio præcam.

§. 3. Nos igitur ipsos exponents specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, canonicis, et

Tenor concessionis.



beneficiatis dictæ collegiæ s. Martini, ut loco cucullorum violaceorum, et nigrorum, quos adhuc deferre respective consueverunt, præpositus mantelletam nigram supra rochetum, canonici vero rochetum, et mozzetam violaceam, tela serica cremisini coloris, subsutam cum asulis, et globulis ejusdem cremisini coloris, ac demum beneficiati mozzetam similem supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, canonicos, et beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentem non intendimus dictum juspatronatum in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCXXIX.

Dat. die  
26 augusti  
1803  
anno IV.

Suppressio conventus fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis extra mœnia civitatis Calaritanæ existentis, et fundatio hospitii in eodem canobio facienda.

Dilecto filio Nostro Didaco-Gregorio S.R.E. presbytero cardinali Cadello nuncupato ex dispensatione, et concessionem apostolicam ecclesiæ Calaritanæ præsul.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **D**ebitum pastoralis officii, quo ex divina dispositione universæ Ecclesiæ catholicæ præsidemus a Nobis exigit, ut Christi pauperum utilitatibus prospiciamus; quemadmodum rerum, locorum, ac temporum circumstantiis diligenter expensis, in Domino salubriter expedire, ac sapientissimi alicujus regis vota recte postulare censemus. Proœmium.

§. 2. Pro parte igitur carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardinæ regis illustris, expositum Nobis nuper fuit, quod prope, et extra mœnia istius civitatis Calaritanæ nunc fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum conventus sub titulo olim sancti nuncupati Luciferi existit, in quo propter fratrum ibidem degentium paucitatem, regularis disciplina excidit, quo ulla spes adfulgeat, fore, ut aliquando ob auctum eorum numerum restituatur, et floreat. Tanta enim esse dicitur conventus hujusmodi reddituum tenuitas, ut ii non modo pluribus individuis alendis non sufficiant, sed ne reparandis quidem, conservandisque propriis ædibus sibi olim a communitate prædicta donatis satis sint: ex quo fit, ut ædes ipsæ ejusdem communitatis sumptibus adhuc manuteneantur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dictus Victorius rex pro ea, qua flagrat in subditos suos, præsertim pauperes charitate hospitium istuc fundare intendat, in quo pueri, puellæque inopes separatim excipiantur, ibique ad religionem, et laborem Expositio præsum.

a teneris informantur; cumque ad tam salutare, et præclarum opus perficiendum, reliquis ab ipso rege provisus, et dispositis, maxime opportunum, ac prope necessarium videatur, ut dictos perexiguus conventus supprimatur, illumque aedes, bona, et redditus hospitio hujusmodi applicentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessio-  
nis.

§. 3. Nos itaque dicti Victorii Emmanuelis regis eximiam, atque viro principe dignam sollicitudinem quam maxime commendantes, piisque ipsius votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, circumspeditioni tuæ per præsentem injungimus, ut, pro data tibi a Domino prudentia, proviso prius concorditer cum eodem Victorio-Emmanuele rege super decenti subsistentia dilectorum filiorum superioris, et fratrum in dicto conventu ad præsens degentium, ipsum Luciferianum conventum fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse declares, et quatenus fratres hujusmodi ibi degentes ad unicum alium sui ordinis in isto regno existentem conventum, vel ad alium regularem ordinem transire nequeant, aut nolint, cum eorum singulis ab ordine, regula, et habitu regularibus dumtaxat, firmis tamen remanentibus substantialibus votorum per eosdem fratres emissorum, quæ semper, quantum respective extra conventum fieri poterit, in suo robore durent, dicta auctoritate dispenses; ac subinde omnia, et singula dicti conventus bona tam mobilia, quam immobilia, et semoventia, ac quæcumque suppellectilia sacra, et prophana, nec non jura, et redditus quoscumque una cum ecclesia, ejusque pertinentiis universis, ac missarum, aliorumque oneribus conventui, et ecclesiæ hujusmodi adnexis memorato puerorum, et puellarum hospitio, ut præfertur, fundando eadem auctoritate adplices, adnectas, et incorpores, præcipiasque, ut missarum, aliorumque onera prædicta in posterum per dictum hospitium supportari debeant.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, qui missas, et alia onera hujusmodi fratribus prædictis adimplenda reliquerunt, etiam ultima voluntate, quam, quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus; nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et conventus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-  
trariorum.

Dat. die  
26 augusti  
1803.  
anno IV.

CCXXX.

Indulgetur canonicis et mansionariis cathedralis ecclesie Nicoterensis, ut matutinum, et laudes officii diei sequentis post vesperas, et completorium diei currentis a primo mensis octobris usque ad ultimum martii in choro recitare perpetuo possint.

Venerabili fratri  
episcopo Nicoterensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

Expositio pre-  
cum.

§. 1. **E**xponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii dignitates, canonici, et mansionarii cathedralis ecclesie Nicoterensis, se ex eo quod in eorum capitulo extitit tum cura animarum, quae unica totam istam civitatem amplectitur, tum quaedam communia, sic nuncupata, ob quam capitulares omnes emolumentis, et distributionibus chori participant, adeo nimis, et frequenter anniversariis, funeralibus, missisque cantatis, partim fixis, partim adventitiis urgeri, ac premi, ut hyemali praesertim tempore, etsi praestitutum initium chori antevertant, totum mane tamen usque ad meridiem in ecclesiae functionibus indesinenter impendant. Hac porro accedere chori, ecclesiaeque structuram, quae cunctis pondus molestiae, nonnullis vero discrimen valetudinis auget: choras namque in propatulo est, et cathedralis ecclesia a frigoris vi, ventorumque incursu parum munita. Hinc, ut ipsi aliquo in tanto labore nanciscantur levamen, et ut simul populus, qui penitentiae, et eucharistiae sacramenta desideret, illorum inter capitulares ministros expeditiores in ecclesia inveniat, matutinum, et laudes officii divini diei sequentis se pridie hora debita in choro recitare posse, incipiendo a primo octobris usque ad ultimum martii summopere cupere, enixisque humiliter precibus a Nobis exostulare.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspen-

sionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovismodo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores ipsorum, a prima die mensis octobris usque ad postremam mensis martii perpetuis futuris temporibus post vesperas et completorium diei currentis, hora per rubricam statuta, recitationem, cantumque matutini cum laudibus dumtaxat officii divini subsequenti diei more solito in choro incipere, ac absolvere libere, ac licite possint, idque ipsis, ac successoribus suis sit valitarum in omnibus, et per omnia, periade ac si officii hujusmodi matutinum, et laudes postridie mane, et hora consueta eodem in choro recitassent, atque cantassent, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-  
cessionum.

Dat. die  
30 augusti  
1803  
anno IV.

CCXXXI.

Instante archiepiscopo, et capitulo metropolitanae ecclesiae Valentinae conceditur, ut officium ritu duplici minori cum missa in honorem b. Catharinae Thomas jam approbatum, et concessum clero civitatis, et diocesis Majoricensis in civitate, et diocesi Valentina recitari possint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio praecum, et ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater archiepiscopus Valentinus, nec non capitulum, et canonici ejus ecclesiae metropolitanae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Catharinam Thomas praeseferrunt devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tector concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Marco Antonio Cattaneo sacrorum Rituum congregationis protonotario, ut in posterum ab universo clero saeculari, nec non a religiosis, et monialibus civitatis, et diocesis Valentinae utentibus calendario dioecetano quotannis in die vicesima octava mensis julii recitari officium proprium ritu duplici minori cum missa in honorem ejusdem beatae Catharinae Thomas, jam adprobatum, et concessum clero civitatis, et diocesis Majoricensis, libere, et licite possit, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis,

nec non dictae civitatis, et diocesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro ple-ne, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXII.

Dat. die  
6 septembris  
1803  
anno IV.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae collegiatæ sancti Nicolai Barensis terræ Montis Brandoni Ripanae diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum splendoris, ac Proemium. venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis praescripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus saepe particularia, et ad eorum dignitatem exprimentam aptissima insignia deferenda concessit.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni praepositus, et canonici insignis

Derogatio contrariorum.

Expositio praecum.

ut asseritur, collegiatae ecclesiae s. Nicolai Barensis terrae Montis Brandoni Ripanae diocesis, ipsa collegiata ecclesia antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populi frequentia et devotione non mediocriter floreat, multum honorificentiae ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora suscipere incrementa, si ejusdem collegiatae praepositus, et canonici novis insigniis, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessiois.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hac humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus praeposito, et canonicis dictae collegiatae, ut loco cottae, et cucullorum, quos deferre consueverunt, praepositus rocchetum et mozzetam violaceam cum asulis, et globulis cremesini coloris, ac tela serica ejusdem cremesini coloris subsutam; nec non vestem oblongam etiam violaceam laeaeam hyemali, sericam aestivo tempore cum fascia, et floccis sericis ex ea pendentibus pariter violaceis, canonici vero rocchetum pariter, et mozzetam similem, similemque fasciam violaceam supra vestem oblongam nigram tam in ecclesia propria, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscunque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque praepositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari auctoritate apostolica posse, ac irritam, et inane decernimus, et declaramus.

Derogatio concessiois.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque con-

trariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIII.

Dat. die  
9 septembris  
1803  
anno IV.

Facultas episcopo Aveirensi dispensandi cum populis suae diocesis super condimento adipis porcinae diebus per Ecclesiam vetitis in perpetuum.

Venerabili fratri  
episcopo Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **P**astoralis fraternitatis tuae Procurator in conceditum tibi populum cura Nostram, qua universam Domini gregem complectimur, sollicitudinem pulsat, ut tibi ultro occurramus in iis, quae magis videri possunt ad bona animarum salubriter expedire.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod in magna tua istius diocesis parte jam usus invaluit escas nulla adipe condiendi diebus per Ecclesiam vetitis: in altera vero, quae forsitan major pars est, usus idem huc illuc serpere incepit, sed ita creseit in dies, ut non immerito timeatur brevi fore universae diocesi communis. Quum enim dioceses finitimae sive ex pervetusta consuetudine, sive ex apostolico indulto tali passim in cibis adipe utantur, facile fit, ut populis inter se invicem communicantibus alii blandiantur sibi sub aliorum exemplo, alii vero etsi cum formidine, agunt tamen quod agere non audent, nisi id ipsum audacter ab aliis fieri conspicerent. Huc accedit penuria olei qua istis in partibus communiter laboratur, quin diutinae temporum calamitates viam illud comparandi aliunde faciliem praebent. Adipis e contra pene supereffluit copia, quam nec inter pauperes nemo invenitur, qui non suillos enutriet, et in domus suae annonam cibariam recondat, quapropter de dubietate con-

scientiarum, et periculo animarum sollicitus, ut omnis petra scandali tuo de populo penitus amoveatur, Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis providere opportune, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te, ac populos tuæ diœcesis specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eos, eorumque singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per presentes committimus, et mandamus ut attentis superenarratis, cum populis tuæ istius diœcesis tam incolis quam advenis, ad hoc ut ipsi intra ejusdem diœcesis limites tantum diebus per Ecclesiam prohibitis, nempe quadragesimæ, et quatuor temporum, aliarumque vigiliarum de præcepto, nec non sextarum feriarum ac sabbathorum in anno, cunctisque annis, adipe, et pinguedine porcina, seu ut vulgo isthic aiunt *unto* vel *pingo de porco*, adservata eo tamen lege jejunii, a qua nullo modo intendimus dispensare, suas condire dapes, easque sic conditas comedere libere, licite, tutaque consentia possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio et conscientia gratis dispenses.

Derogatio contrariarum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die nona septembris millesimo, octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIV.

Facultas priori, et canonicis collegiæ Vimarænsis Bracharensis diœcesis gestandi rocchetum, zonam et tibialia violacea, ac fasciollam viridem cum demiscis in pileo, ac superaddendi pelles armellinas albas cappis magnis, quibus statis temporibus utuntur.

Dat. die  
9 septembris  
1803  
anno IV.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa indumenta, et ornamenta oculis, animisque Christiani fidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia, non solum varias pro varietate festorum, et functionum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis ubi maior est christiani populi frequentia principalibus ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Proemium

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Ludovicus de Saldanha Aboliva prior, et dignitates, atque canonici insignis (ut asseritur), ac regalis ecclesiæ collegiæ sub titulo Nostræ dominiæ nuncupatæ villæ Vimarænsis Bracharensis diœcesis, collegiata ipsa patrimonii amplitudine, templi venustate, et magnificentia, sacrarum functionum splendore, capitularium numero, et probitate, populique frequentia, et devotione ita floreat, ut una ex illustrioribus illarum regionum ecclesiis habeatur, illiusque pro tempore existens prior regii consiliarii gradu decoratus existat; multum honorificentia, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem collegiæ prior, dignitates, et canonici novis prærogativis, novisque decorationibus donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcedens.

Tenore concessio-  
nis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponen-  
tes specialibus gratiis, et favoribus  
prosequi volentes, et eorum singu-  
lares personas a quibusvis excommu-  
nicationis, et interdicti, aliisque ec-  
clesiasticis censuris, sententiis, et  
pœnis quovis modo, et quacumque  
de causa latis, si quas forte incur-  
rerint, hujus tantum rei gratia ab-  
solventes, et absolutos fore censentes,  
supplicationibus eorum nomine No-  
bis humiliter porrectis inclinati, prio-  
ri, ac dignitatibus, et canonicis dic-  
tæ collegiæ Nostræ dominæ, tam  
integram, quam dimidiatam præben-  
dam, semicanonicatum, aut alias  
quomodolibet nuncupat., ibi obti-  
nentibus, eorumque respectivis co-  
adjutoribus, ut ipsi, eorumque succes-  
sores perpetuis futuris temporibus  
cappæ magnæ, quam adhuc statis  
temporibus sine pellibus armellinis  
deferre consueverunt, ipsas armelli-  
nas pelles albas superaddere, nec non  
zonam violaceam cum lemniscis co-  
loris similis, et tibialia itidem vio-  
lacea, ac fasciolam cum lemniscis  
coloris viridis pilei fornici obvolu-  
tam, ac præterea mozzetam, et sub  
ea, loco cottæ, rocchetum cum suis  
manicis arctis deferre, ac gestare, il-  
lisque tam in ecclesia prædicta, quam  
extra eam in quibusvis processioni-  
bus, aliisque functionibus, et actibus  
publicis quibuscumque gestare, illis-  
que respectivè uti; tibialibus vero,  
zona, et fasciola prædictis etiam ex-  
tra functiones, et actus publicos hu-  
jusmodi in dicta dioecesi uti, liberè,  
et licite possint, et valeant, aucto-  
ritate apostolica, tenore præsentium  
concedimus, et indulgemus, dictos-  
que priorem, dignitates, et canonicos  
desuper a quoquam impediri, mole-  
stari, et perturbari nullatenus posse,  
ac irritum et inane, si secus su-  
per his a quoquam quavis auctori-  
tate scienter, vel ignoranter contin-  
gerit attentari decernimus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutioni-  
bus, et ordinationibus apostolicis,  
ac dictæ collegiæ etiam juramen-  
to, confirmatione apostolica, vel qua-  
vis firmitate alia roboratis, statutis,  
et consuetudinibus; privilegiis quo-  
cumque et indulgiis, et literis apostolicis  
superioribus, et personis sub quibus-  
cumque tenoribus, et formis, ac cum  
quibusvis etiam derogatoriis, deroga-  
toriis, aliisque efficacioribus, effica-

cissimis, ac insolitis clausulis, irritan-  
tibusque, et aliis decretis, in genere,  
vel in specie, ac aliis in contrarium  
quomodolibet concessis, approbatis,  
et innovatis: quibus omnibus, et sin-  
gulis illorum tenores præsentibus,  
pro plene, et sufficienter expressis,  
ac de verbo ad verbum insertis ha-  
bentes, illis alias in suo robore per-  
mansuris, ad præmissorum effectum  
hac vice dumtaxat specialiter, et ex-  
presse derogamus, cæterisque con-  
trariis quibuscumque. Datum Romæ  
apud sanctam Mariam Majorem sub  
auro piscatoris die nona septembris  
millesimo octingentesimo tertio, pon-  
tificatus Nostri anno quarto.

CCCXXXV.

Dat. die  
13 septembris  
1803  
anno IV.

Facultas Petro Mariæ Badiali præpo-  
sito et parcho nullius dioecesis  
provinciæ Mediolanensis utendi roc-  
cheto, et bugia in perpetuum pro  
se, et successoribus.

Dilecto filio Petro Mariæ Badiali præ-  
posito, et parcho nullius dioece-  
sis provinciæ Mediolanensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem  
et apostolicam benedictionem

§. 1. Sinceræ fidei, ac devo-  
tionis affectus, quem erga Nos et  
hanc sanctam Sedem gerere compro-  
baris, nec non celebritas istius pa-  
rochialis ecclesiæ basilicæ nuncupatæ  
sancti Petri Plebis territorii Guastal-  
leas nullius dioecesis provinciæ Me-  
diolanensis, cujus tu præpositus, et pa-  
rochus existis, Nos adducunt, ut ea  
tibi favorabiliter concedamus, quæ  
honorificentia tuæ, successorumque  
tuorum præpositorum hujusmodi fo-  
re conspicimus opportuna.

Ratio concessio-  
nis.

§. 2. Exponi quidem Nobis nu-  
per fecisti, quod major ad tuam di-  
gnitatem præposituralem splendor  
etiam externus accedat facultatem  
deferendi rocchetum, atque utendi  
palma, vulgo bugia, tibi per Nos  
concedi plurimum desideras.

Expositio præ-  
cui.

Tenor concessio-  
sionis.

§. 3. Nos itaque te specialibus gratis et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi præpositisque parochis successoribus tuis in perpetuum, ut rochetum tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus et actibus tam privatis quam publicis quibuscumque gestare, nec non palmari in missis privatis, et solemnibus celebrandis ac in aliis quibusvis presbyteralibus functionibus uti libere, et licite possis et valeas, dicitque successores pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, et successores prædictos desuper a quocumque impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari discernimus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud

sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXVI.

Conventio inter Sanctitatem Suam Pium VII. et rempublicam Italianam.

Dat. die  
16 septembris  
1803  
anno IV.

§. 1. Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII., atque præses reipublice Italianæ, primus Gallicanæ reipublicæ consul in suos respective plenipotentiarios nominarunt.

Nominatio ple-  
nipotentiariorum.

Sanctitas Sua enim d. Joannem Baptistam Caprara S. R. E. tituli s. Honnphrii presbyterum cardinalem, archiepiscopum Mediolanensem, et Sanctitatis Suxæ, et sanctæ Sedis in Galliis de latere legatum munitum facultatibus in bona, et debita forma.

Præses reipublicæ Italianæ, primus Gallicanæ reipublicæ consul civem Ferdinandum Marescalchi, consultorem status, et exterarum relationum administrum apud ipsum residentem plenis facultatibus munitum.

Qui, post sibi mutuo tradita respectivæ plenipotentiæ instrumenta, de iis, quæ sequuntur convenerunt.

Conventio inter summum pontificem Pium VII.

Et rempublicam Italianam proemium.

§. 2. Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII., et præses reipublicæ Italianæ primus Gallicanæ reipublicæ consul, pari studio cupientes ut in eadem republica certus, stabilisque ordo, in iis, quæ ad res ecclesiasticas pertinent constituatur; volentesque, ut religio catholica apostolica Romana in suis dogmatibus integra servetur, in sequentes articulos convenerunt.

Tenor conven-  
tionis.



## ART. I.

De religione  
catholica ser-  
vanda.

§. 3. Religio catholica apostolica Romana esse pergat religio reipublicæ.

## ART. II.

De nova dia-  
cesum distri-  
butione.

§. 4. Sanctitas Sua debitis formis subiciet juri metropolitico ecclesiarum archiepiscopatum Mediolanensis, Bononiensis, Ravennatensis, Ferrariensis infrascriptas ecclesias episcopales, nimirum Brixiensem, Bergomensem, Papiensem, Novocomensem, Cremonensem, Novariensem, Vigevanensem, Cremonensem, Laudensem archiepiscopatum Mediolanensi, cujus suffraganeæ erunt.

Ecclesie vero Mutinensis, Rhegiensis, Imolensis, Carpensis suffraganeæ erunt archiepiscopatus Bononiensis.

Cæsenatensis, Forlivensis, Faventina, Ariminensis, Cerviensis suffraganeæ erunt archiepiscopatus Ravennatensis.

Mantwana, Comaclensis, Adriensis, Veronensis a parte Italica suffraganeæ erunt archiepiscopatus Ferrariensis.

## ART. III.

De suppressio-  
ne nonnulla-  
rum sedium,  
earumque u-  
nionem novis e-  
rigendis sedi-  
bus.

§. 5. Sanctitas Sua ad instantiam præsidis reipublicæ Italicæ indulget suppressioni duarum episcopatum ecclesiarum, nimirum Sarsinæ, et Brictinori, et duarum abbatiarum nullius, nimirum Asulæ, et Nonantulæ, ea tamen conditione, ut et respectivæ dioceses, collatis cum præside ejusdem reipublicæ consiliis, aliis proximis diocesibus uniantur, et episcopi, atque abbates, nisi forte translati, aut transferendi sint ad alias sedes, jure compensentur pro cessione jurisdictionis, et congruæ, quibus antea fruebantur, et debitis formis ab eisdem resignationes respectivarum ecclesiarum obtineantur. Bona, redditusque supradictarum ecclesiarum, et abbatiarum, quæ in reipublica Italica continentur, ab eadem Sanctitate Sua, collatis cum gubernio consiliis, aliis ecclesiasticis foundationibus distribuentur.

## ART. IV.

§. 6. Attenta utilitate, quæ ex hac conventionione manat in ea, quæ ad res ecclesiæ, et religionis pertinent, Sanctitas Sua concedit, ut præses reipublicæ Italicæ nominare possit ad omnes archiepiscopatus, et episcopatus ejusdem reipublicæ; et ecclesiasticis viris ab eodem præside nominatis, iis dotibus præditis, quas sacri canones requirunt, eadem Sanctitas Sua canonicam institutionem dabit juxta formas consuetas.

## ART. V.

§. 7. Archiepiscopi, et episcopi emittent juramentum fidelitatis in manibus præsidis reipublicæ juxta infrascriptam formulam » Ego juro, et » promitto ad sancta Dei evangelia obe- » dientiam, et fidelitatem gubernio » Italicæ reipublicæ. Item promitto » me nullam communicationem ha- » biturum, nulli consilio interfu- » rum, nullamque suspectam unio- » nem neque intra, neque extra con- » servaturum, quæ tranquillitati pu- » blicæ noceat; et si tam in diocesi » mea, quam alibi noverim aliquid » in status damnum tractari, guber- » nio manifestabo ».

De juramento  
ab episcopis  
præstando.

## ART. VI.

§. 8. Parochi idem juramentum emittent coram potestatibus civilibus a reipublicæ præside constitutis.

De juramento  
a parochis  
præbendo.

## ART. VII.

§. 9. Cuilibet episcopo liberum semper erit, super rebus omnibus spiritualibus, atque negotiis ecclesiasticis, absque ullo impedimento, cum sancta Sede communicare.

De communio-  
ne episcopo-  
rum cum sau-  
cta Sede.

## ART. VIII.

§. 10. Liberum pariter erit episcopis clericos constituere, atque ad ordines promoveri titulo beneficii, cappellanæ, legati pii, patrimonii, aut cujusvis alterius legitimæ assignationis, eos omnes, quos necessarios, atque utiles esse respectivis ecclesiis, ac diocesibus existimaverint.

De clericis ab  
episcopis pro-  
movendis.

ART. IX.

De dotatione mensurarum capitularium.

§. 11. Servabuntur capitula ecclesiarum metropolitanaum, et cathedralium, itemque collegiatarum, saltem insigniorum, eaque convenienti honorum dotatione fruentur. Convenienti item honorum dotatione fruentur mensæ archiepiscopales, et episcopales, seminaria, fabbrica ecclesiarum metropolitanaum, cathedralium, et collegiatarum, saltem insigniorum, et paræciæ.

Hæ dotationes quam citius fieri poterit a Sanctitate Sua collatis cum gubernio consiliis constituentur.

ART. X.

De administratione seminariorum.

§. 12. Doctrinæ, ac disciplinæ institutio, educatio, et administratio seminariorum episcopali subiciantur auctoritati episcoporum respectivorum juxta formas canonicas.

ART. XI.

De administratione aliorum locorum piorum.

§. 13. Conservatoria, hospitalia, fundationes charitatis, et alia hujusmodi pia loca, quæ antea a solis ecclesiasticis personis regebantur, regentur deinceps in singulis diocesis a congregatione pari numero ecclesiasticorum, et secularium constituta. Republicæ præses eliget sæculares personas; ecclesiasticas vero eas, quas episcopus eidem præsentabit.

Congregationibus præsidebit semper episcopus, cui etiam liberum erit visitare ea loca, quæ legitime a laicis administrabuntur.

ART. XII.

De jure conferendi paræcias episcopis reservato.

§. 14. Sanctitas Sua concedit episcopis jus conferendi paræcias, quæ quovis anni tempore erunt vacaturæ; siquæ prævio concursu, paræcias liberæ collationis conferent iis, quos ipsi digniores judicabunt. In paræciis vero juris patronatus ecclesiastici instituent eos, quos, prævio pariter concursu, tamquam digniores inter approbatos ab examinadoribus patronus ecclesiasticus præsentabit: in paræciis vero laici patronatus, præsentatos instituent, dummodo, præmisso examine, idonei fuerint inven-

ti. In omnibus autem prædictis casibus episcopi personas non seligent, nisi gubernio acceptas.

ART. XIII.

§. 15. Episcopus, præter cæteras canonicas pœnas, poterit in ecclesiasticos culpabiles animadvertere eos etiam claudendo in seminariis, et in domibus regularium.

De pœnis ab episcopis infligendis, adversus ecclesiasticos viros.

ART. XIV.

§. 16. Nemo ex parochis adigi poterit ad administrandum sacramentum matrimonii cuiquam, qui obstructus sit aliquo ex canonicis impedimentis.

De jure parochorum in sacramento matrimonii.

ART. XV.

§. 17. Nulla suppressio fundationum ecclesiasticarum quarumcumque absque apostolicæ Sedis auctoritatis interventu fiet.

De suppressione fundationum ecclesiasticarum.

ART. XVI.

§. 18. Attentis extraordinariis præteritorum temporum vicibus, et effectibus, qui eas sunt consequuti, et potissimum attenta utilitate, quæ ex hac conventione manat in ea, quæ ad res religionis pertinent, atque ut etiam publicæ tranquillitati consulatur, declarat Sanctitas Sua, eos, qui bona Ecclesie alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a se, neque a Romanis pontificibus successoribus suis; ac consequenter proprietatem eorundem bonorum, redditus, et jura iis inherentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

De confirmatione alienationum bonorum ecclesiasticorum.

ART. XVII.

§. 19. Districte prohibetur quidquid sive verbo, sive factis, sive scriptis tendit ad bonos mores corrumpendos, et ad contemptum catholicæ religionis, ejusque ministro-

De prohibitione verborum factorumque presbitorum.

ART. XVIII.

§. 20. Clerus a quolibet servitio militari exemptus erit.

De exemptione clericorum

## ART. XIX.

De juribus prae-  
sulis reipubli-  
cae.

§. 21. Sanctitas Sua agnoscit in præsidente reipublicæ Italicæ eadem jura, ac privilegia, quæ in majestate imperatoris uti duce Mediolani agnoscebat.

## ART. XX.

De casibus om-  
missis.

§. 22. Quoad cætera vero res ecclesiasticas spectantia, quorum nulla expressa mentio in his articulis facta est, manebunt omnia, et administrabuntur juxta vigentem Ecclesiæ disciplinam. Si quæ vero supervenerit difficultas, Sanctitas Sua, et præsens reipublicæ secum conferre sibi reservant.

## ART. XXI.

De subrogatio-  
ne conventio-  
nis veteribus  
legibus.

§. 23. Præsens conventio substituitur omnibus legibus, ordinationibus, et decretis a republica Italica circa res religionis hæc usque latis.

## ART. XXII.

Confirmatio  
conventionis,

§. 24. Utraque contrahentium pars spondet, se, successoresque suos omnia, de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte esse servaturos.

Ratificationum traditio fiet Parisiis intra duorum mensium spatium.

Datum Parisiis die decima sexta septembris anno millesimo octingentesimo tertio.

Loco ✕ signi

J. B. card. Caprara legat.

Loco ✕ signi

Ferdinandus Marescalchi.

## CCXXXVII.

Dat. die  
16 septembris  
1803  
anno IV.

Beatificatio venerabilis servi Dei Josephi Mariæ Thomasii Alicatæ in Sicilia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **A**ternus Dei filius in evangelio suo Nos monet, ut simus perfecti, sicut Pater Noster cœlestis perfectus est, ad cujus imaginem, et similitudinem creati sumus. Quoniam vero sapientissime noverat, hujusmodi perfectionem nunquam mortales homines adsecuturos, nisi carnem crucifixerint cum vitiis, et concupiscentiis suis viventes secundum spiritum, illud etiam in evangelio addit, ut semetipsum unusquisque abneget, crucem suam tollat, et sequatur eum. Admirabilibus hisce divini præceptoris documentis facile in se præbuit a teneris usque annis Dei servus Joseph Maria Thomasius Alicatæ in Sicilia ex parentibus generis nobilitate, et virtutum splendore præstantibus ortus. Ab ineunte enim pueritia cum semper a ludicris rebus abhorruit, tum nullis virtutibus caruit, quæ illam ornant ætatem. Decennis de religiosæ vitæ instituto capessendo cogitare cepit; quam piam voluntatem jamdiu excoluit, donec ubi per ætatem licuit, avito principatu cum florentissima primogenitura abdicato, ad sacra clericorum regularium Theatinorum claustra convolvavit. Mirum quanta animi alacritate per arduum perfectionis apostolicæ, quæ illius ordinis est, iter suscepit, cucurrit, complevit! Ita ut vix cœlestis, vir sanctioris veteris disciplinæ exemplar fuerit appellatus, vir, cui mundus crucifixus erat, et ipse mundo. Ratus interea haud exiguam religiosæ suæ perfectionis partem esse sacrarum literarum studia, in iis multus fuit, atque orientales linguas edidicit eo successu, ut pro multiplici sua doctrina, multiplicia valeret edere volumina; hæc rectum theologiarum virtutum exercitium docentia, illa theologicas veterum patrum institutiones revocantia, alia divinum psalterium explanantia; præterea, quæ ad sacros ritus, resque sacras quam-

Laudes vene-  
rabilis servi  
Dei.

plurimas ab ultima origine declarandas conscripsit, ut qui sine fictione didicerat sapientiam omnibus communicaret. Eximiiis hisce facultatibus cum eximia morum sanctitate conjunctis apud quodque hominum genus commendatus, sibi vero uni despectus ab æquissimo meritorum æstimatore fel. rec. Clemente pp. XI. prædecessore Nostro, invitatus, et detrectans, nec nisi pontificio præcepto coactus, ad amplissimam S. R. E. cardinalium dignitatem evehctus est. Porro in hoc sublimi dignitatis gradu constitutus, quasi lucerna supra candelabrum posita, tanto virtutum suarum lumine universæ Ecclesiæ splendere cœpit, ut s. cardinalis Borromæus (quem sibi in primis tunc imitandum proposuerat) revixisse videretur. Frugalitas, summa in egenos liberalitas, summus labor, cura, diligentia, studium summum in iis obeundis muneribus, quæ ad novum præclarissimum ordinem pertinebant. In sui tituli ecclesia non modo matutinis, et vespertinis horis in choro festis quibusque diebus cum suis familiaribus clericis aderat, sed etiam rudibus catechizaondis pueris dabat operam. At bonum certamen certos cursum consummavit, atque ex hac mortali vita ad immortalem vocatus mortem obiit pretiosam in conspectu Domini.

§. 2. Ut autem tot, tantarumque servi Dei virtutum exempla, quæ in diebus peregrinationis suæ maximam id ætatis hominibus utilitatem attulere, posteris quoque prodesse possint, Nos, qui ex divina dispositione universo Dominico gregi, meritis, licet, viribusque impares, præpositi sumus, apostolicæ servitutis Nostræ esse ducimus, tanti viri honorem, et venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, ac spiritualem fidelium orbis, et orbis ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sac. ritibus præpositorum processibus de hujus s. Sedis apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servum Dei Josephum Mariam Thomasi-um ordinis clericorum regularium

Theatinorum nuncupatorum multipliciter claruisse, et super miraculis, quæ ad ejus intercessionem ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse, dicebantur; eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quando-cumque Nobis videretur, prædictum Dei servum, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur, publice beatum declarari cum solitis indultis.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis totius memorati ordinis clericorum regularium, et nominatim Joannis Baptistæ Bonaglia ejusdem ordinis generalis, et hujus causæ postulantis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorundem cardinalium consilio auctoritate apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus, atque impertimur, ut idem Dei servus Josephus Maria Thomasius beati nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium, non tamen in processionibus circumferendas, exponi, imagines quoque radiis, et splendoribus exornari, officium, et missam de eo in singulis annis die xxiv. martii tanquam de communi confessorum non pontificum cum orationibus propriis, juxta ritum missalis, et breviarii Romani, recitari libere, et licite possit, et valeat. Porro recitationem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo clericorum regularium ordine utriusque sexus, in ecclesia sui tituli s. Martini ad Montes, in qua venerabile ejus corpus requiescit, nec non in diocesi Agrigentina; in qua ortum habuit, itemque in civitate, et diocesi Panormitana, ex cujus civitatis illustrioribus familiis jam ex eo tempore erat Thomasianna familia, ab omnibus utriusque sexus Christianis tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea hoc anno dumtaxat, videlicet post præseentes literas emanatas inchoando, in ecclesiis ordinis, locorumque præscriptorum solemnia beatificationis ejus-

Beatificatio,  
et concessio  
missæ, et officii.

Judicium de  
virtutibus ejus  
latum a sacra  
congregatione  
Rituam.

dem servi Dei cum officio, et missa rub ritu duplici majori die ab ordinariis respective constituenda, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem xxix. hujus mensis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fidei habenda transumptis.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum literarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii prædictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimasexta septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

IN FESTO

**B. JOSEPHI MARIÆ  
CARD. THOMASII**

Oratio

Preces recitanda in festo ejusdem beati.

§. 5. Deus, qui beatum Josephum Mariam confessorem tuum gloriosius meritis, et doctrinis decorare dignatus es, concede propitius, ut et cælestis doctrinæ pabulo nutriamur, et ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum etc.

Secreta

Cam timore ac fiducia tibi, Domine, hæc munera offerimus, ut a te sanctificata et misericordiam nobis concilient, et pacem. Per Dominum etc.

Postcommunio

Hujus nos, Domine, perceptio sacramenti mundet a crimine, et beati Josephi Mariæ confessoris tui

intercedentibus meritis ad cælestia regna perducatur. Per Dominum.

DECRETUM

Romana

§. 6. Suprascriptas orationes proprias in memoriam beati Josephi Mariæ cardinalis Thomasii ab emō et rmo d. cardinali de Somalia sanctissimi Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. in urbe vicario, sacrorumque rituum congregationi præfecto, et a r. p. d. Hieronymo Napolionio fidei promotore revisus, idem ssmus Dominus Noster, referente præfato promotore fidei, ac humillime supplicante reverendissimo P. D. Joanne Baptista Bonaglia præposito generali ordinis clericorum regularium Theatinorum causæ ipsius beati postulatore, in missa celebranda in die solemnibus beatificationis ejusdem beati Josephi Mariæ, et in posterum etiam in officio, quod cum missa recitabitur ab iis, quibus illud recitandi potestas facta erit per literas apostolicas in forma brevis de præfata beatificatione expediendas, legi posse benigne indulget, atque concessit: contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus. Die 3. septembris 1803.

Decretum sacre congregationis Rituum super approbatione orationum.

Julius Maria card. de Somalia  
S.R.C. præfectus

Loco ✠ Sigilli

M. A. Cattaneo S.R.C. protonot.



Dat. die  
20 septembris  
1803  
anno IV.

CCXXXVIII.

**Suppressio conventus Vetrallensis, Viterbiensis diocesis cum incorporatione ejusdem collegio Missionum dicti ordinis pro procuratore generali fratrum minorum Conventualium.**

Dilecto filio vicario capitulari ecclesie Viterbiensis illius episcopali sede vacante legitime deputato

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio pre-  
sentium.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod ob reddituum tenuitatem conventus dicti ordinis Vetrallae Viterbiensis diocesis ita imminutus est ibi fratrum numerus, ut regularis observantia ibidem custodiri minime possit, ac etiam propter notissimas temporum circumstantias collegium sancti Antonii missionum ipsius ordinis tantam reddituum iacturam in diversis regionibus passum est, ut necessario missionariorum numero sustentando impar omnino sit, ideoque dicti conventus Vetrallae bona, redditus, et onera, illi adnexa ad eundem s. Antonii collegium per Nos transferri, illique perpetuo incorporari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eundem exponentem, et collegium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati: discretioni tuae, attento, quod sedes episcopalis Viterbiensis adhuc

vacat per praesentes committimus, et mandamus, ut memoratum conventum Vetrallae ordinis fratrum minorum s. Francisci Conventualium auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse declares; subinde verodicti conventus sic suppressi ecclesiam, et omnia bona tam mobilia, quam immobilia, et semoventia, nec non quoscumque illius annuos redditus, et missarum, aliorumque onera eidem collegio s. Antonii Missionum dicti ordinis eadem auctoritate in perpetuum unias, et adnectes, et ad illud transferas, applices, appropries, et incorpores, ac praecipias, et mandes, ut missarum, aliorumque opera transferibilia, quibus dictus Vetrallensis conventus gravatus reperitur, a dicti collegii fratribus, vel ab aliis, prout dictus modernus, et pro tempore existens ipsius ordinis procurator generalis melius in Domino expedire censuerit, adimpleantur, et adimpleri debeant.

§. 3. Non obstantibus quorumcumque testatorum, qui missam, aliorumque onera in ecclesia dicti conventus adimplenda reliquerint etiam ultima voluntate, quam quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et conventus praedictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae

Derogatio con-  
trariorum.

Tenor concessio-  
nis.

apud sanctam Mariam Majorem sub  
annulo piscatoris, die vicesima se-  
ptembris millesimo octingentesimo  
tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIX.

Dat. die  
29 septembris  
1803  
anno IV.

Concessio novorum magis insignium  
indumentorum pro dignitatibus, et  
canonicis ecclesie collegiate terre  
di Grotte diocesis Montis Falisci.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, et  
venerationis vel ipsa sacra indumenta  
oculis, animisque Christifidelium in-  
gerere valeant optime tenens Aposto-  
lica Mater Ecclesia non solum varias  
pro varietate festorum, et solemnita-  
tum sacerdotibus suis in sacris faciendis  
prescripsit vestes, sed etiam in tem-  
plis magis conspicuis, ubi major est  
christiani populi frequentia, sacris mi-  
nistris ibidem Altissimo famulantibus  
sepe particularia, et ad eorum di-  
gnitatem exprimentam aptissima in-  
signia deferenda concessit.

Expositio pro-  
cipua.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nu-  
per exponi fecerunt dilecti filii ar-  
chipresbyter, et canonici collegiate ec-  
clesie sub titulo s. Joannis Baptista  
terre di Grotte Montisfalisci diocesis,  
collegiata ipsa antiquitatis laude,  
sacerdotum probitate, et doctrina, po-  
puli que frequentia, ac devotione, ita  
floreat, ut una ex illustrioribus il-  
lius diocesis habeatur multum ho-  
norificentie, et splendoris ad ipsam  
accederet, ac divinus cultus, fide-  
liumque devotio majora ibi suscipe-  
ret incrementa, si ejusdem collegia-  
te archipresbyter, et canonici novis  
insignibus, novisque decorationibus  
darentur,

Tenor concess-  
ionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponen-  
tes specialibus favoribus, et gratis  
prosequi volentes, ac eorum singu-  
lares personas, a quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, et inter-  
dicti, aliisque ecclesiasticis sententiis,  
censuris, et penis, a jure, vel ab  
honore, quavis occasione, vel cau-  
sa laici, si quibus quomodolibet in-

notate existent, ad effectum presen-  
tium dumtaxat consequendum ha-  
rum serie absolventes, et absolutos  
fore censentes, supplicationibus eorum  
nomine Nobis humiliter porrectis in-  
clinati, modernis, ac pro tempore  
existentibus archipresbytero, et ca-  
nonicis dicte collegiate s. Joannis Ba-  
ptista, ut loco almutiarum, quas ad-  
huc deferre consueverunt, coltam sur-  
pra rochetum, itemque rochetum,  
et mozzetam violaceam etiam sericam  
cum globulis, et asulis cremisini co-  
loris, tam in ecclesia predicta, quam  
extra eam in quibusvis processionibus,  
aliisque functionibus, et actibus pu-  
blicis quibuscumque gestare, illisque  
uti libere, et licite possint, et vale-  
ant, auctoritate apostolica, tenore  
presentium concedimus, et indulgem-  
us, dictosque archipresbyterum, et  
canonicos desuper a quoquam mole-  
stari, et perturbari nullatenus posse,  
ac irritum, et inane quidquid  
secus super his a quoquam quavis  
auctoritate scienter, vel ignoranter at-  
tentari contigerit, decernimus, et de-  
claramus.

§. 4. Non obstantibus constitutio-  
nibus, et ordinationibus apostolicis,  
ac ipsius collegiate ecclesie etiam ju-  
ramento, confirmatione apostolica, vel  
quavis firmitate alia roboratis statu-  
tis, et consuetudinibus, ceterisque  
contrariis quibuscumque. Datum Ro-  
mæ apud sanctam Mariam Majorem  
sub annulo piscatoris die vicesima se-  
ptembris millesimo octingentesimo ter-  
tio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-  
trariorum.



Dat. die  
20 septembris  
1803  
anno IV.

CCXL.

Confirmatio suppressionis duorum conventuum cum aliis providentiis tam pro scholis publicis, quam pro paræciis pro publicis repræsentantibus civitatis Spoletanæ.

Dilecto filio Nostro Francisco Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Locatelli nuncupato ex dispositione, et concessione apostolica ecclesiæ Spoletanæ præsuli.

Dilecte fili Noster salutem,  
et apostolicam benedictionem

Procurium.

§. 1. **T**ot inter apostolatus Nostri vigiles curas, quæ Nos in Dominicum gregem custodiendum, pasceendumque sollicitant, hand minima esse illa potest publicarum scholarum, ubi ad disciplinas tum religioni, tum reipublicæ fructuosas, ita adolescentium et erudiantur mentes, et informantur mores, ut nihil pro bono publico non expectandum, si scholæ consistunt, nihil si desunt non pertimescendum, perpetua locorum, ac ætatum memoria omnes edoceat.

Expositio precum.

§. 2. Hinc diu, attenteque iis incubuimus animo, quæ exposita Nobis fuere a dilectis filiis Spoletanæ istius civitatis Nostræ publicis repræsentantibus, se nempe, ut luctuosa rerum dudum præteritarum perturbatione juventuti misere periclitanti opem afferrent aliquam scholis, quæ iam pessumierant, quia ad eas denno habendas spes, viresque isthic adessent, impetrasse pro earum erectione a tunc temporis legato apostolico, ut duo supprimerentur fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini cœnobia, quæ in perturbatione prædicta omni pene religiosorum familia destituta remanserant, prout reapse decreto tui, cui rem delegatus commiserat, fuere suppressa, alterum scilicet sancti Felicis in loco, quem nuncupant = Castel di Giano = alterum sanctæ Marinæ in loco quem dicunt = Castel Ritaldi = ac utrumque Spoletanæ diœcesis. Verum adversus has suppressiones recurrentibus, deinde fratribus memoratis, eosque fratres una reposcentibus populis Castri Jani, Nos recursus, ac

*Bull. Rom. Tom. XII. F. 73.*

postulationes hujusmodi ad venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, qui negotiis, et consultationibus episcoporum, ac regularium præsunt, remisisse congregationem pro examine, et voto, auditis partibus; cui tamen congregationi causam dicturos suam, nunquam se sistitisse fratres prædictos, licet de cœnobiorum, quæ suppressa, ac ablata eis erant, redditibus ipsi accepissent sentata biscentum subministrata pro causæ expensis, quibus se impares esse affirmabant, ideoque Nos tandem audito dilecto filio magistro ejusdem congregationis secretario, qui Nobis quid quid e partibus tam voce, quam scripto allatum collegerat, fideliter retulit, controversiam ad Nosmet advocasse, ejusque ita temperasse terminationem, ut unicuique partium, vel ipsis consentientibus invicem, atque lætantibus, foret consultum, et scholarum inchoata jam restitutio ad commune civitatis, et diœcesis emolumentum progrediretur; verum exponentes, quo hæc omnia firmiter maneat, immo et majores civitati utilitates accrescant, Nobis humiliter supplicari fecisse, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eosque, ac singulos eorum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, attentis, ac ea, qua par est, consideratione pensatis dictorum repræsentantium supplicationibus tam dicto legato pro enarrata suppressione, quam tibi pro executione illius porrectis, nec non attentis, pensatisque simul, et delegati rescripto, et decreto super præmissis, circumspectioni tuæ per præsentem injungimus.

I.

Ut auctoritate Nostra apostolica, deque Nostræ potestatis plenitudine recensitam cœnobii sancti Felicis in Jano suppressionem confir-

Tenor concessionis, ac primo de suppressione cœnobii sancti Felicis.



mes, ac ratam, validamque declares, et omnes, et singulos sive juris, sive facti defectus, si qui in ea quomodolibet intercederint, sanes, et suppleas, eamque de novo, quateus opus sit, decernas, et statuas, ac redditus ejusdem, sic, ut præfertur, suppressi cœnobii usui, ac exercitio publicarum scholarum Spoletanæ Nostræ civitatis, modo tamen et forma, ac conditionibus inferius subjungendis, adjudices, et applices, ac dictos fratres omni, et quacumque actione, vel jure, quod quovis sub titulo super cœnobium hujusmodi, ejusque bona, ac redditus ipsi imposterum se habere, ac exercere posse præsumpserint, penitus prives, perpetuoque privatos esse pronuncies.

## II.

De suppressio-  
ne cœnobii  
sancti Nicolai.

§. 4. Ut ecclesia quoque, ac cœnobium sancti Nicolai, quæ ista in civitate dicti possident fratres, ac ubi animarum cura extat adnexa, quam in nupera clade bellorum tantam passa sint tam ecclesia, quam cœnobium e militari licentia vastationem, ut sicuti acceperimus, sacrarium, seu, ut ajunt, sacristia, nunc loco ecclesiæ licet nec commode, nec decenter inserviat, et ipsum cœnobium sat parvam, parumque religiosæ observantiæ aptam alat familiam, nec unquam fratres præstituri sint sumptus, qui nimirum vires suas ad magnam uti opus foret, excedunt reparationem, eadem auctoritate, et potestate Nostra suppressas, ac ex quo fratres cœnobium inhabitare reliquerint, omnem in eo clausuræ legem aboleas, seu abolitam protinus, ac prorsus fore præstituas.

## III.

De suppressio-  
ne cœnobii  
sanctæ Mari-  
æ.

§. 5. Ut auctoritate, et potestate prædicta aliam cœnobii sanctæ Mariæ in Ritale suppressionem, jam pariter uti præmissum est, demandatam, et factam approbes, atque confirmes, illadque etiam de novo suppressas, si ita sit opus, suppressumque decernas, et a quocumque regularis clausuræ vinculo solvas.

## IV.

§. 6. Ut postquam clerici regulares congregationis sancti Pauli, qui Barnabitæ vulgo appellantur, relicto collegio, quod isthic possident penes templum Beatæ Mariæ Virgialis Laurentanæ dicatum (relinquent enim, quia Nostro etiam intaitu superiores congregationis suam ad id præstitere consensum) in sancti Ansani vacantem ædem, quæ ad monachos, seu canonicos Lateranenses, Rocchetinos nuncupatos, olim spectabat, se se transtuleriat, eisdem fratribus sancti Augustini in prædictarum suppressionum compensationem, dicta auctoritate assignes, et assignari, tradique mandes enunciatum collegium, ubi ipsi præter templi magnificentiam habeant quoque amplitudinem domus, tum pro instituendo novitiatu, quam prius excolebant in Jano, tum pro collocanda familia decem religiosorum, cum qua regularem ibi observantiam revocare, debitoque, ut decet, vigore servare poterunt.

De assignatio-  
ne honorum  
Barnabitarum  
facienda favo-  
re fratrum  
sancti Augusti-  
ni.

## V.

§. 7. Ut templum s. Felicis in Jano cum vacante ad præsens cœnobio, seu æde, ac ædibus, et servitutibus eidem adnexis, eoque plane, quo nunc existit in statu, simili auctoritate concedas clericis de congregatione Sanctissimæ Crucis, et Passionis D. N. J. C. quos vulgus vocat Passionistas, sicque provideatur per eos, ne cœnobium religiosis, ecclesiæ officiis, et locorum incolæ careant spiritualibus auxiliis, quæ satis juxta vota possunt accipere ab hujusmodi clericis, quorum instituti ut præcipue incumbere animarum saluti.

De cessione  
templi s. Fel-  
icis in Jano  
facienda patri-  
bus Passioni-  
stis.

## VI.

§. 8. Ut pari auctoritate provideas curæ animarum, quæ addicta manet ecclesiæ s. Ansani, quæque antea administrari solebat ab uno ex memoratis canonicis, postea vero per visitatorem apostolicum, ac ordinarium Spoletanum provisus ea fuit, prævio concursu, secularis presbyter cognomento Rattignani, aliquem ex clericis Barnabitis canonicam, ut dictum est, s. Ansani proxime occupaturis in curæ ejusdem, ac eodem

De provisione  
ecclesiæ paro-  
chialis sancti  
Ansani.

plane modo, quo immittebatur Lateranensis canonicus, immittendo exercitium, ab eoque propterea penitus amovendo præsentem parochum Rattignani, expresso tamen sub onere novo parochi regulari, ut pro synodali congrua solvat quotannis Rattignani prædicto pensionem quinquaginta scutorum, donec ipse ex ecclesiasticis redditibus certis assequatur provisionis annuæ summam, quæ una cum dictis quinquaginta usque ad scutata centum exsuperet.

## VII.

De juribus active, et passive competentibus patribus Barnabitis in ecclesia sancti Ansani.

§. 9. Ut dictis clericis Barnabitis in s. Ansani canonicam abeatibus auctoritate prædicta facultatem indulgeas retinendi, ac libere exercendi primæva sua jura activa et passiva super eos fundos, quibus actu potiuntur, nonnullis tamen exceptis terrarum prædiis, quæ contigua sunt ecclesie Romanæ virginis Lauretanæ, et subtus iter publicum jacent, nonnullisque etiam domunculis collegio per ipsos relinquendo adnexis, ac alia pariter excepta domo intra civitatem manente, quippe quæ cuncta sunt fondi dotales ejusdem ecclesie, aliaque etiam, si quæ sint fabricæ illius ecclesie forte addicta, ita tamen ut pro his utpote incertis compensari debeat annuus redditus ab ipsa scholarum congregatione, nec non licentiam secum asportandi tabulas sanctorum suæ congregationis, quos præter pia exercitia, aut sui instituti propria, aut s. Ansani ecclesie consuetæ, possint, vel ibi honore publico colere: tum transferendi mobilia, tam privati, quam communis sui usus, non tamen ea, quæ parietibus sunt infixæ stabiliter, uti nec suppellectiles sacras, cujuslibet speciei, ususque eæ sint, sed illas solummodo, ac juxta tantum arbitrium, quæ recens ab ipsis proprio comparatæ sunt iere, cum ecclesia s. Ansani debeat inveniri suppellectilibus sufficienter instructa.

## VIII.

§. 10. Quoniam vero apud s. Ansanum a Barnabitis prædictis habendi, detinendique erunt in posterum regularis parochus, præpositus communitalis, tresque alii ad minus confessarii suæ congregationis, tum pro

servitio ecclesie, tum pro exercitio instituti, quin præsentis eorum redditus valeant hunc religiosorum numerum alere; hinc præter, et ultra nonaginta annua scutata, quæ de patrimonio prædictorum Rocchetinorum in congruam parochi s. Ansani, licet enarrata pensione impræsentiarum gravatam, assignata fuere, tum præter etiam alia scuta triginta, quæ eodem ex patrimonio ad annua explenda onera ecclesie s. Ansani perpetuo addicta, singulis debent annis persolvi, eadem auctoritate disponas summam annuam scutorum centum, et septuaginta futuro s. Ansani Barnabitarum collegio e redditibus suppressi conventus s. Felicis in Jano esse subministrandam, sub conditione tamen quod præstitutus quinque regularium sacerdotum numerus inesse jugiter debeat, ita ut tali quandoque deficiente numero, talis quoque eo ipso cesset subministratio, primo tamen excepto anno, quo propter primas impensas tres solos sacerdotes degere ibidem posse permittas: præterea ob sat compertam Barnabitarum idoneitatem ad disciplinas etiam sublimiores recte, utiliterque edocendas dicta auctoritate præscribas, ut cathedram logicæ, et metaphysicæ in publicis scholis isthic instituendam impleat semper, exerceatque unus ex tribus prædictæ congregationis alumnus cum annuo honorario scutorum sexaginta, quem illius præpositus generalis deputationi studiorum per Nos destinandum præsentaverit, quique simul computetur in numero illorum quinque religiosorum, quibus constare debet familia in s. Ansani collegio.

## IX.

§. 11. Ut præmemoratis s. Augustini fratribus, qui de s. Nicolai conventu in vetus Barnabitarum erunt discessuri collegium, dicta auctoritate tribuas facultatem penes se retinendi, vel in nova ipsorum habitatione, fundos, qui actu possidentur ab ipsis, et ad s. Nicolai conventum pertinent. At cum fundi hujusmodi nequeant esse satis numerosioris familie sustentationi, firma idcirco remanente conventus s. Marinæ in Ritaldo suppressione prædicta, jubeas tradi eisdem fratribus, ac ad eos trans-

De aliis concessionibus faciendis fratribus sancti Augustini.

De ampliatione dotationis parochie sancti Ansani.

ferrè omnia, et singula bona, una cum ecclesia; ipsoque conventu, quæ ante suppressionem ad eisdem spectabant, sub lege tamen quod suis ipsi sumptibus non modo ibidem sæcularem præbyterum cum cappellani titulo, stipe die, et onere missæ cunctis diebus festis celebrandæ constituere, sed etiam universa onera, atque legata pia super bonis utrorumque conventuum tam s. Mariæ Ritaldi, quam s. Nicolai Spoleti, quomodolibet fundata, et imposita, debeant omnino adimplere juxta joris, et justitiæ principia, quibus merito exigitur, ut qui rerum gaudent possessione: earum quoque onera portent.

## X.

De translatione corporis sanctæ Justinæ.

§. 12. Ut eadem auctoritate iisdem fratribus facultatem impertias secum ferendi sacrum corpus sanctæ Justinæ in eorum ecclesia s. Nicolai hactenus asservatum, sicut et sanctorum sui ordinis superstitibus tabulas; non tamen de eadem ecclesia, seu sacristia loco ecclesiæ provisorie culta, suppellectiles sacras, nec de conventu fores, fenestras, aliaque similia innexa parietibus, ac his adhærentia; sed eas tantum res mobiles, quæ tum communiter, tum privatim sibi possint usui esse.

## XI.

Absolutiones faciendæ favore eorundem fratrum.

§. 13. Quum autem hujusmodi fratribus etiam cum incremento honorum s. Nicolai, et s. Mariæ multum adhuc defuerit ad illa omnia, quæ in novo cœnobio opus eruat pro nova familia (ea namque præter novitios non minorem volumus esse sex sacerdotibus, comprehense inter hos novitorum magistro, qui ad confessarii saltem munus sint habiles, eoque fungantur) ideo, auctoritate prædicta eosdem dispenses, omnique absolvas obligatione relinquenti fundant; ut etiam præexistentem pro congrua subsistentia parochi sancti Nicolai, cisque insuper applices redditus honorum, domorumque ecclesiæ Beatissimæ Virginis Lauretanæ, ad onera ecclesiæ eidem injuncta, ut nunc explentur, in posterum etiam explenda, ejusque functiones, piaque exercitia, uti fiunt, fierique solebant,

itidem faciendâ quamvis ad hæc omnia forsân dicti redditus hæc plânè sufficiant; demum fratribus ipsis, seu ipsorum novo conventui Beatæ Virginis Lauretanæ annua assignes scutata tercentum de redditibus suppressi cœnobii s. Felicis in Jano sumenda, atque præstada, eadem tamen sub conditione, quæ injuncta Barnabitis, nimirum, ut desinat statim isthæc scutatorum præstatio ac apud eos desierit religiosæ familiæ præfixus numerus.

## XII.

§. 14. Ut pari auctoritate suppressas in perpetuum, perpetuoque suppressam debere esse decernas curam animarum s. Nicolai utpote quæ et dote caret pro congrua parochi, et parochiali ipsa ecclesia orbatur devastata a militibus, eamque deinde in partes distribuas per te parochiis conterminis, tuoque arbitrio assignandas.

De suppressione curæ animarum sancti Nicolai.

## XIII.

§. 15. Ut Passionistis s. Felicis in Jano, super fructibus suppressi hujus cœnobii simili auctoritate constituas tribuendam quotannis summam scutatorum tercentum titulo conservationis fabricæ, et satisfactionis onerum; ac expensarum ecclesiæ; sed conditione simul, quod expentibus ipsis aliquam pro claustrali septo partem telluris, seu exemptionem servitutis, aut alia hujusmodi, quæ sunt pretio æstimabilia, tunc in harum rerum concessione imminuenda sit quoque eis pro rata dicta annua summa, ne forte redditus dicti cœnobii modo suppressi, quos libri fratrum sancti Augustini habita de anno in annum ratione, scutata annua mille, et sexcentum non excessisse demonstrant, scholarum publicarum dotationi deficiant.

De pensione Passionistis concedenda titulo conservationis fabricæ, et satisfactionis onerum.

## XIV.

§. 16. Demum ædes conventus, ecclesiæque s. Nicolai, ut præfertur, suppressas applices auctoritate prædicta, perpetuoque applicatas esse, ac fore decernas fabricæ, usui, exercitio, beneficio, utilitati, ac emolumento (quæcumque pista sint, ac quomodolibet retrahi possint) publi-

De applicatio-  
ne rediam, et  
ecclesiæ sancti  
Nicolai.

carum scholarum Spoletinæ civitatis, earumque subinde regimini, et curæ ad illud omne, quod lectores, scholares, bona, et redditus attinet præponas deputationem, seu congregationem trium virorum ecclesiasticorum, triumque laicorum nobilium, sub tui tamen, tuorumque pro tempore successorum præsentia, qui semel saltem in mense pro rebus tum politicis, tum æconomicis, tum spiritualibus scholarum agendis apud te, seu successores conveniant; ita tamen ut distributis pro bono servando ordine officiis, primus ex deputatis ecclesiasticis, quem pro hac prima vice dilectum filium Philippum Sanzi istius cathedralis ecclesiæ canonicum nominabis, super scholaribus quoad mores, studiorumque frequentiam, et super lectoribus quoad doctrinam, docendique sedulitatem invigilet, alter vero, quem ad id dilectum filium priorem Stephanum Spada pro hac vice pariter eliges, incumbat præcipue, ut scholares sacramenta, congregationes, officiorum recitationes, aliaque piæ devotionis opera cunctis Dominicis, et festis de præcepto diebus nunquam præmittenda frequentent et spiritualibus potissimum exercitiis juxta notas regulas quolibet anno in oratorio per ministrum idoneum peragendis omnes simul intersint; tertius porro, quem nunc similiter dilectum filium presbyterum Josephum de Comitibus Marsciani institues, morem, incessum, et vivendi extra scholas rationem tum scholarum, tum lectorum inquirat, vel ut aberrantes privatim moneat, vel ut si opus fuerit congregationem deputatam de iis certiore faciat.

§. 17. De laicis autem nobilibus, quos ut supra in deputatos assumes dilectos filios baronem Carolum Ancajani, comitem Bernardinum de Campello, et Valerium Zacchei, primus præsit ministris, et colonis agrariis, curamque gerat de œconomia externa, seu de statu, conservatione, et melioratione bonorum rusticorum, tam quæ locata sunt, quam quæ per colonos, ministrosque coluntur; secundus præsit œconomia internæ, seu sumptibus erogandis, vel in scholarum res necessarias, vel in emolumenta, salariæque præfixa, vel in præmia elargienda, alia-

que similia: tertius tandem præsit fabricæ conventus s. Nicolai, eundem conventum reducendo ad usum scholarum, aliorumque usum arbitrio congregationis deputatæ; nec non hortis sitis in parte interna dicti conventus, et operam navet exactiōni reddituum, quos illico tamen custodiendos deponet in monte isto Pietatis, unde retrahi postmodum possint summæ juxta mandata; atque ad id valeat pro auxilio uti computista a se congrua cum mercede eligendo, ut dati, acceptique codices habeat, et in fine cujuslibet anni rationes debitas reddat, sed antequam deputationem hujusmodi ineat, fidejussorem idoneum, ac solidalem exhibere tenetur, ac debeat. Si quis autem ex iisdem deputatis infirmitatis, aut absentia causa forte non brevi temporis spatio sit impeditus, jus habeat suas vices alteri delegandi approbando tamen ab ordinario, qui ita subrogatus jus etiam habeat ferendi suffragium suis in casibus, ut suffragiorum numerus semper impar existat, ad quam quidem suffragiorum imparitatem in omni congregatione tuendam declares ordinarium ipsum, quem per se congregationibus præesse nequiverit, vicarium suum generalem subrogare debere. Verum ne quis deputatus inconsulta eadem congregatione suo audeat arbitrio quidpiam novi, quidpiamque sumptus jubere, et aggredi, strictè inhibeas, tantumque permittas, ut perurgente aliquando re, quæ ad congregationis ordinariæ tempus differri nequeat, necessitate possit deputatus rogare ordinarium pro tempore, quatenus congregationem extraordinariam haberi indulgeat coram se, vel in ejus impedimento coram vicario generali, vel si et hoc ipso impedito, celebrari per deputatos in scholarum conclavi ad id designato, ubi tamen tunc non agatur nisi de sola re, cujus instat necessitas.

§. 18. Item, quo ad deputatam hujusmodi congregationem attinet, statuas in ejus secretarium cum voto mere consultivo, præfectum studiorum, qui etiam erit archivista, et archivii in aliquo scholarum loco intus erigendi custodiam sumere, ibique congregationis decreta, omnesque scripturas quomodolibet ad scholas, earumque res, et bona spectan-

De distributio-  
ne munerum  
inter compo-  
nentes congre-  
gationem stu-  
diorum.

De secretaris  
congregatio-  
nis.

tes recondere debet, diligenterque servare: statuasque insuper, ut decreta congregationis fiant, per singula tui, ac deputatorum secreta suffragia, et excipiantur in urnam.

## XV.

De numero scholarum, et stipendio professorum.

§. 19. Ut dicta auctoritate præfinias tum numerum scholarum, tum stipendia professorum, scilicet pro grammatica scutata annua octoginta, pro humanitate, ac elementis poeticæ latinæ scutata annua octoginta, pro eloquentia latina et itala scutata annua centum et viginti, pro logica, et metaphysica scutata annua sexaginta, pro physica et elementis mathematicæ scutata annua centum, et viginti; pro institutionibus juris civilis scutata annua sexaginta; pro institutionibus juris canonici scutata annua sexaginta; pro theologia dogmatica scutata annua sexaginta; pro theologia morali, et sacra scriptura scutata annua sexaginta, pro præfecto studiorum, et secretario congregationis, ac archivista scutata annua centum; pro cappellano quotidiano cum libera missæ elemosyna scutata annua quadraginta. Ceterum de schola minori, utque ad grammaticam, januam grammaticæ comprehensa, jubeas provideri sumptibus communitatis, sicuti retroactis providebatur temporibus, quæ schola idcirco nominari solebat de communi, mandesque simul, ne quisquis ad scholam grammaticæ publicam possit admitti, nisi prævio examinae super instructione debita elementorum, seu januæ grammaticæ.

## XVI.

Denique hic e vestigio pro directione scholarum inserendas regulas, quibus titulus est vulgari verbo *Regolamento*, dicta auctoritate publicas, seu publicari facias, easque ab omnibus, et singulis ad easdem scholas quomodocumque attinentibus inviolabiliter observari præcipias: regulæ autem, seu regulamenta sunt prout sequitur.

## REGOLAMENTO

Da osservarsi per la direzione delle pubbliche scuole di Spoleto.

§. 20. Essendo necessario il buon ordine in tutte le pubbliche amministrazioni, e specialmente in quelle, che riguardano la pubblica educazione, adesivamente perciò a quanto si è determinato nell'annesso breve, ed in esecuzione di esso il card. vescovo subito dopo la pubblicazione del medesimo dovrà adunare avanti di se, o del suo vicario generale la prima congregazione di tutti i deputati, e previe le consuete preci si leggerà il presente regolamento.

## CAP. I.

De' deputati, loro ufficio, e facoltà.

§. 21. Li deputati così ecclesiastici, che laici nella prima congregazione da destinarsi dal card. vescovo, o in sua assenza dal vicario generale avanti di prender possesso della loro deputazione dovranno prestar giuramento in mani del detto card. vescovo, o suo vicario generale di bene, e fedelmente amministrare l'impiego, che assumono, e così nelle elezioni, che in qualunque altro atto di operare secondo la giustizia, e per il solo publico bene, proposto qualunque altro fine, o privato impegno.

§. 22. Avrà la congregazione deputata insieme unita piena, e libera facoltà di confermare, o di mettere alle occasioni giuste, ed opportune qualunque lettore, allontanare qualunque scolare, mutare i ministri subalterni, e prendere in genere quegli espedienti, che crederà necessari, ed opportuni al buon ordine, ed al publico bene in tutto ciò, che riguarda le pubbliche scuole, e la pubblica educazione.

§. 23. Averà facoltà di fare alle occasioni qualche permuta di alcun fondo, se si crederà di utile evidente a questa pia istituzione, e rispettivamente avrà facoltà di affiggere notificazioni, ed inviti all'affitto

de' beni anche per un novennio, se si crederà espediente, e deliberarlo a favore di quello, che giudicherà più idoneo, e sicuro, riportandone le opportune fidejussioni.

§. 24. Avrà facoltà in fine di stabilire i rispettivi sistemi nella direzione, e metodo delle scuole, e riformare ogni abuso, uniformandosi per quanto sia possibile alle pratiche già osservate nelle scuole dalli padri della compagnia di Gesù.

§. 25. Non essendovi comodo opportuno nella fabbrica ora destinata alle pubbliche scuole, e finchè questa non abbia disposti tutti li necessarij comodi, dovrà la congregazione, riportato il consenso da chi presiede al collegio, e chiesa del Gesù di Spoleto esercitare nell' oratorio di detto collegio giusta l' antico uso de' padri della compagnia di Gesù tutte le pratiche di pietà, che solevano ivi esercitarsi nelle domeniche, ed altri giorni festivi, ed in altri tempi dell' anno, aggiungendone se faccia d' uopo delle altre pratiche, e destinando persona ecclesiastica, la quale diriga tali opere pie, dia gli esercizi, meditazioni e riforme, e quanto credasi opportuno con l' approvazione e soprintendenza del deputato ecclesiastico.

§. 26. Ne' casi di vacanza di qualche deputato, sia ecclesiastico, sia laico, o sia per morte, o sia per spontanea dimissione, o casi simili si devolva alla stessa congregazione il diritto di surrogare altri nella deputazione vacante, ed a tale oggetto possa il vescovo pro tempore, e rispettivamente ciascun deputato proporre quel soggetto, che crederà opportuno, e corra il bussolo a voti segreti, e giusta la pluralità de' voti, seguirà l' elezione: in caso di parità de' voti ricorrerà il bussolo per que' soli, fra quali ebbe luogo la parità de' voti, e ritornando la stessa parità si devolva l' elezione di uno di essi al vescovo pro tempore.

§. 27. Si dichiara però, che nessuna elezione, e nessuna risoluzione di qualche importanza si possa prendere a viva voce sebbene siano tutti concordi, ma debba indispensabilmente adempirsi tutto per voti segreti, e se ne registri sempre la proposizione, e la risoluzione.

§. 28. Nella medesima congregazione per voti segreti si proponga da ciascun deputato, e si elegga per voti segreti il segretario della congregazione medesima, il quale sarà anche prefetto delle scuole, o sia de' studi, siccome nella stessa guisa si elegga il cappellano, il bidello, ed il ministro di campagna.

§. 29. Accadendo però de' casi non preveduti di qualche rilevanza, e non compresi nella disposizione del breve, e nel presente regolamento, o su quali nasca un ragionevole dubbio ne riserviamo a noi la decisione, e rispettiva spiegazione.

## CAP. II.

De' lettori, modo di elegerli, e confermarli.

§. 30. Nella stessa prima congregazione, o in altra da tenersi sollecitamente dovrà venirsi all' elezione di tutti i rispettivi maestri e lettori.

§. 31. Da tale elezione non siano esclusi gli attuali lettori nelle rispettive cattedre, ma ciascuno di essi debba esser proposto, e rispettivamente passato a voti segreti. Al fine d' ogni biennio dovrà rinnovarsi il bussolo per la conferma di tutti li lettori, eccettuato il solo lettore di teologia morale. In caso di esclusione, e vacanza si dia luogo al concorso pubblicandosi le notificazioni ad oggetto di esibire in tempo determinato i requisiti in mano del segretario della congregazione. Questa debba darne un compendio a ciascun deputato per venirne in seguito all' elezione. Non siano esclusi dal concorso, e dall' elezione i regolari, purchè esibiscano oltre i requisiti la commendatizia del superiore maggiore del loro istituto. Sarà esente da tal concorso la cattedra di logica, e metafisica.

§. 32. In principio dell' anno scolastico, e prima che si riaprano le scuole debbano in ciascun anno tutti insieme adunarsi nel giorno destinato a fare avanti al vescovo pro tempore, o suo vicario generale la professione della fede, che si leggerà in ginocchioni ad alta voce, ed a nome di tutti dal lettore di teologia dommatica, ed in fine ciascheduno di

De electione secretarii.

De resolutione casuum dubiorum.

De lectoribus, eorumque electione.

De excludendis ab electione.

De professione fidei coram episcopo facienda.

Idem ut supra

De loco ubi expleri debent pietatis officia

De surrogatione deputatorum.

De resolutionibus viva voce non capiendis.

essi dovrà presentarsi a toccare, e baciarlo in conferma il s. vangelo.

De exercitio  
municipis lecto-  
rum.

§. 33. Ciascun lettore, e maestro dovrà nell'ora ad esso destinata trovarsi pronto a salire in cattedra. Sarà dispensato però ciascun lettore per sola ragione di malattia, nel qual caso il lettore infermo manderà i suoi scritti, e questi dovranno dettarsi, e spiegarsi dal prefetto de' studj, ed in caso di necessaria di lui mancanza dal cappellano delle scuole.

De publicis  
experimentis.

§. 34. Al fine di ciascheduno anno scolastico giusta la rispettive scuole, procurerà ciascun lettore eccitare i più idonei fra i suoi scolari a far qualche pubblico esercizio, o di esporsi al pubblico esame delle materie dettate fra l'anno, e di sostenere pubbliche tesi, ed essendovi più concorrenti a tali pubblici esperimenti si darà un conveniente premio a quello, che fra gli altri sarà a giudizio della congregazione riputato il più meritevole in ciascheduna rispettiva classe.

### CAP. III.

#### Del prefetto de' studj, e sue incombenze

De praefecto  
studiorum, e-  
jusque mune-  
re.

§. 35. Il prefetto de' studj dovrà invigilare al buon ordine esteriore delle scuole, quasi in ajuto del deputato ecclesiastico. Quindi presiederà alla scolaresca, perchè si osservi da essa nelle scuole specialmente prima di entrare, e nello uscire da esse una perfetta modestia, e silenzio. Invigilerà, che non vi sia fra scolari alcun motteggio, o derisione, che si vada alla messa, e si stia in chiesa con tutta la compostezza, e divozione, e vi sia anche nel vestiario, e nella pettinatura tutta la decenza, e per tale oggetto avrà anche facoltà di mortificare i scolari rei di mancanze con qualche discreta correzione. Non permetterà, che nella fabbrica delle scuole in alcun tempo, e sotto qualunque pretesto entrino donne, nè queste ne' giorni di scuola si trattengano con qualche ragionevole sospetto nel circondario di esse scuole. Parimenti invigilerà, che nessuno de' scolari all'uscire dalla scuola, o dalla messa si trattenga nella pubblica strada, ma dovendo aspettare si trat-

tenga dentro il cortile con tutta modestia. Impedirà, che non si unisca più d'uno nel tempo stesso ai luoghi comuni, e sapendo, che qualche scolare introduca discorsi, o proferisca parole, o faccia atti, o gesti, che offendono la modestia, vi provveda anche all'istante con proporzionata mortificazione.

§. 36. Dovrà come segretario della congregazione deputata ricevere gli ordini del vescovo per intimare le congregazioni, ed il preciso giorno, ed ora alli rispettivi deputati, al quale oggetto pregherà il medesimo vescovo mandar l'intimo tre giorni prima ad oggetto d'intimare, occorrendo, qualcuno attualmente assente, o che accidentalmente si trovasse senza la previa intimazione di tre giorni ragionevolmente impedito. Dovrà egli stesso trovarsi presente alle congregazioni all'ultimo luogo, e sedia inferiore, e dovrà dire il suo semplice sentimento in ciò, che potesse essere di sua cognizione, e tutto scrivere in foglio a parte nella medesima congregazione, presenti i deputati, con leggere in appresso pubblicamente ciò, che ha scritto, per poter quindi prontamente ricopiare, e tutto registrare in libro apparte intitolato, *libro delle proposizioni, e risoluzioni dell'ultima congregazione deputata*.

De congrega-  
tionibus jussu  
episcopi indi-  
cendis.

§. 37. Dovrà all'occasioni giusta gli ordini, che riceverà dalla suddetta congregazione deputata intimare i concorsi alle cattedre, e nel termine stabilito ricevere i rispettivi requisiti: dovrà di questi formare un compendio, e distribuirlo a tutti i deputati per farne uso nell'occasioni dell'elezioni.

De intimatio-  
ne concursu-  
um ad cathe-  
dras.

§. 38. Dovrà in nome della congregazione deputata stendere, e sottoscrivere in qualità di prefetto de' studj, e segretario, le patenti di ciascun lettore, ed in nome della stessa congregazione, e per espressa commissione della medesima, alle occasioni scriver biglietti, intimazioni, e simili. Non potrà esigere per le nuove patenti de' lettori se non la tenue somma di mezzo scudo per il sigillo.

De subscriptio-  
ne literarum  
patentium.

§. 39. Dovrà parimenti riferire al deputato ecclesiastico ogni mancanza, o tardanza de' lettori nell'ingresso alle scuole, ed in occasione di

De negligenti-  
is lectorum  
nunciandis.

malattia di qualche lettore ricevere i scritti del medesimo, e in di lui vece dettarli, e spiegarli. Essendo però egli impedito dovrà con licenza del deputato, e per di lui commissione incaricare il cappellano della congregazione.

De archivii custodia.

§. 40. Finalmente dovrà ritenere la chiave di un archivio, e senz'ordine della congregazione non dovrà mai consegnarla ad alcuno. In esso archivio conserverà il libro o libri delle proposizioni, risoluzioni, intimazioni, copie di patenti, e finalmente tutti gli atti delle rispettive congregazioni, tutti i requisiti de' concorrenti alle rispettive cattedre, e quanto di più avrà in commissione dalla congregazione deputata.

Idem ut supra

§. 41. Per le materie ancora dell'economia dovrà conservare in archivio i monumenti a quella appartenenti, specialmente i rendimenti de' conti annuali, e lo stato attivo e passivo economico ben giustificato, che dovranno esibire i rispettivi deputati laici esattamente formati dal computista, indicando in esso ciò, che si esige, e l'erogazione dell'esatto, quali stati dovranno essere approvati, e sottoscritti dal vescovo pro tempore, e da tutti i deputati.

#### CAP. IV.

Del cappellano, e sue incombenze.

De cappellano, ejusque munere.

§. 42. Oltre il prefetto de' studj vi dovrà essere un cappellano, il quale sia tenuto in tutti i giorni celebrare la messa a comodo della scolaresca senza obbligo alcuno d'applicazione. Quindi ne' giorni feriali, e di scuola dovrà per tale oggetto sul terminare delle scuole basse di grammatica, ed umanità, un ora prima del mezzo giorno, trovarsi pronto a soddisfare a tal suo impiego, e ne' giorni festivi, ne' quali vi siano le solite pie congregazioni, o quante volte sia unita la scolaresca per esercizi spirituali, o altre opere di pietà, dovrà trovarsi pronto all'ora che gli verrà prescritta dal prefetto de' studj per lo stesso oggetto di celebrare la s. messa.

De onere supplendi praefectum studiorum.

§. 43. Nelle occasioni parimenti nelle quali il prefetto de' studj sia legittimamente occupato dovrà egli supplire

in qualche cattedra, nella quale sia impedito per malattia il lettore attualmente, ed a tale oggetto dovrà farsi consegnare i scritti del medesimo lettore infermo, e quelli dettare, e rispettivamente spiegare, perchè non resti oziosa quella scolaresca.

De onere supplendi secretarium.

§. 44. Finalmente dovrà anche supplire da segretario nelle congregazioni, che occorra doversi adunare in tempo, in cui il prefetto de' studj, o per malattia, o per altre ragioni, sia legittimamente impedito.

#### CAP. V.

Del bidello

§. 45. Nella prima congregazione deputata dovendosi sistemare, ed organizzare a seconda del breve tutte le scuole pubbliche, dovrà dalla medesima congregazione destinarsi ancora, ed eleggersi il bidello. L'ufficio di questi sarà ne' giorni di scuola suonare alla stessa la campana per un intero quarto di ora prima d'entrare alle scuole, e perciò un quarto d'ora prima delle quattro ore innanzi al mezzo giorno, e rispettivamente nel giorno alle ore venti, e un quarto. Parimenti ne' giorni festivi, ed in qualunque altro tempo debba adunarsi la scolaresca per alcun pio esercizio sia nella cappella delle scuole, sia nell'oratorio del Gesù, dovrà nella stessa forma suonare un quarto d'ora prima del tempo appuntato.

De janitore, ejusque munere.

§. 46. Similmente dovrà trattenersi in una camera prossima alla scuola con campanello al di fuori, ed in questa stessa camera potranno trattenersi i rispettivi lettori aspettando il tempo dell'ingresso alle scuole rispettive. In essa camera dovrà loro nell'inverno tenersi preparato un focone con carbonella accesa, e con bussola per difenderla dal freddo.

Idem ut supra

§. 47. Dovrà parimenti il bidello suonare detto campanello in segno dell'ingresso delle rispettive scuole de' lettori, e scolari al termine dell'ora prescritta, e rispettivamente dell'ingresso degli altri lettori nelle ore destinate.

Idem ut supra

§. 48. Dovrà almeno una volta la settimana scopare tutte le scuole, ed anche il cortile, e custodirlo da

Idem ut supra



qualunque immondezza, e tenere informato il prefetto de' studj, se alcuno in qualunque modo abbia ardito deturparlo.

Idem ut supra

§. 49. Finalmente dovrà presentare intimazioni, recare ordini, ed obbedire a qualunque comando gli sarà dato dal prefetto de' studj, ed in tempo delle congregazioni dovrà trattenersi nel palazzo vescovile, aspettando se occorresse, ricever ordini, portar libri ec.

#### CAP. VI.

Ministro della campagna,  
ed altri subalterni

De ministro,  
allisque subal-  
ternis.

§. 50. Il ministro di campagna, computista, esattore, ed ogni altro subalterno sarà sogetto agli ordini de' rispettivi deputati.

#### CAP. VII.

Regole generali

De initio scho-  
larum.

§. 51. In ogni anno si darà apertura alle scuole sul principio di novembre. Il dì tre vi sarà nelle camere del vescovo pro tempore la professione della fede. Il dì cinque si darà principio a tutte le scuole, e nel dì venticinque detto, giorno di s. Caterina, si farà da uno de' lettori per turno incominciando dal lettore di eloquenza un'orazione latina per l'apertura de' studj, e si regaleranno al lettore sei scudi.

De horario  
scholarum.

§. 52. La mattina si entrerà in scuola al fine della campana, che terminerà costantemente quattr' ore prima del mezzo dì, ed il giorno terminerà sempre alle ore venti, e mezza nella quale ora si salirà in cattedra, e detto suono di campana durerà un quarto d'ora. La mattina continueranno le scuole tre ore, e dopo la terz'ora vi sarà la messa per li scolari. Il giorno vi saranno due ore di scuola.

De duratione  
scholarum.

§. 53. Le scuole di grammatica, e di umanità dovranno durare le intere cinqu'ore del giorno. La scuola del jus civile, in cui dovrà insegnarsi anche il jus statutario di Spo-

lito si aprirà alla prima ora della mattina, e parimenti alla prima ora del giorno, e durerà detta sola ora. Alla seconda ora comincerà la scuola di jus canonico, e storia ecclesiastica, e continuerà le due ore seguenti. In tutte le altre scuole maggiori si salirà in cattedra alla seconda ora della mattina, e si continuerà per un ora e mezza. Nella prima ora del giorno vi sarà per un'ora la ripetizione nelle cattedre di jus civile e canonico. La cattedra di eloquenza, in cui è necessario un maggior esercizio della gioventù dovrà durare due ore continue la mattina, cominciando come le altre scuole maggiori alla seconda ora, e le due ore intiere del giorno, e dovranno istruirsi i scolari non meno nell'eloquenza profana, che nell'eloquenza sacra, rimanendo in libertà del lettore nelle ore del giorno dare anche i precetti della lingua Greca. Sarà egualmente in libertà de' lettori nelle ore del giorno esercitare i scolari nelle ripetizioni, circolo, e simili esercizj scolareschi.

§. 54. Non potrà alcun scolare essere ammesso alla scuola di grammatica, se previo un diligente esame del maestro di grammatica, di umanità, e del prefetto di studj non si trovi bene istruito ne' primi elementi della grammatica medesima. Parimenti non potrà nella scuola medesima di grammatica passare dalla prima alla seconda classe, se dopo un diligente esame de' medesimi maestri non si trovi aver fatto il necessario profitto nella sua prima classe, nè potrà in fine della scuola di grammatica passare alla scuola di umanità, se dopo un simile esame non si trovi perfettamente istruito ne' precetti grammaticali, e bastantemente esercitato nella lingua latina.

De admissione  
discipulorum.

§. 55. Lo stesso si praticherà nelle scuole di umanità. In questa scuola, che deve precedere la scuola di eloquenza si deve alli scolari della prima classe insegnare una maggior purità della lingua latina, e li principj della poesia latina, ed alli scolari della seconda classe dovranno darsi gli elementi di rettorica precettiva, onde siano disposti a perfezionarsi nella scuola successiva di eloquenza, nè siano ammessi alla scuola di eloquenza, se non dopo un rigoroso esame di tutta la grammatica, ed umanità,

Idem ut supra

dopo dato saggio non equivoco di essere bene istruiti nella lingua latina, e ne' precetti, che riguardano le rispettive composizioni di prosa, e poesia latina.

De tractatis  
theologiae  
dogmaticae,  
et moralis quo  
libet anno ex  
ponendis.

§. 56. I due lettori di teologia dommatica, e di teologia morale, dovranno nel mese di agosto di ogni anno combinare insieme col primo deputato ecclesiastico i trattati, che dovranno leggere nell'anno seguente, i quali siano più utili alli studenti chierici, e più conducenti all'ufficio di parroco, di confessore, di predicatore, e simili.

De tempore  
vacationum.

§. 57. Nelle due scuole di grammatica, e di umanità si daranno le vacanze autunnali non prima del dì quindici di settembre.

Idem ut supra

§. 58. Nelle altre scuole superiori si darà la vacanza del dì 14 agosto, dopo il qual giorno si dovrà da ciascun lettore invitare i più studiosi, e più idonei a dar saggio di loro studj, e del loro profitto, o con tenere pubbliche dispute, o con pubbliche disfide a rispondere a qualunque interrogatorio da farsi ad arbitrio di ciascuno de' lettori, e specialmente nella scuola di eloquenza con composizioni su temi da darsi ad arbitrio del vescovo, o di alcun deputato in prosa italiana, o latina, ed anche in poesia italiana, o latina da recitarsi pubblicamente dopo il terzo giorno dal tema proposto.

Idem ut supra

§. 59. Nel giorno di tali pubblici esercizi vi sarà vacanza il giorno nelle altre scuole più basse, e dovranno intervenire tutti, e riuscendo felicemente l'impegno, il vescovo pro tempore si compiacerà dare un premio al candidato a suo arbitrio.

De publicis  
experimentis  
inter discipulos.

§. 60. Parimenti dopo il quattordici settembre sarà in libertà d'ogni scolare pubblicare una disfida, o un invito a render conto di tutto ciò, che si è insegnato nella sua scuola, e nella sua classe in tutto l'anno.

Idem ut supra

§. 61. Li signori deputati si compiaceranno d'intervenirvi, ed essi insieme coll rispettivi lettori si uniranno a formare la nota di quelli, che hanno meritato maggior lode, e si metterà in publico detta nota affissa nelle scuole, e nell'anticamera del vescovo, per le scuole basse il dì 14 settembre, e per le altre il dì ventinove detto.

§. 62. Considerando noi in fine, che ben possono darsi dei casi a quali venga di occorrere con qualche opportuno provvedimento, perciò diamo facoltà alla congregazione deputata di aggiungere nelle circostanze occorrenti qualche nuova ordinazione, la quale però non altrimenti debba osservarsi se non concorrendovi almeno due terzi de'voti della congregazione deputata.

De novis ordinibus edendis, et congregationis reservationis.

§. 63. E siccome li molti pesi, che gravitano sulle beni fondi applicati a questa pia istituzione delle scuole, forse rendono insufficienti le rimanenti rendite di essi a supplire pienamente agli emolumenti de' lettori, ed alle altre spese necessarie alla giusta economia, ed alla ben regolata amministrazione, perciò giustificata si ragionevol causa, diamo facoltà al card. vescovo di Spoleto d'imporre a Nostro nome, e come in questa parte specialmente nostro delegato non meno nella città, che in tutta la diocesi una qualche tenue gravezza non maggiore di un bajocco per ogni cento scudi di valore sulla libra non meno de' laici, che degli ecclesiastici, e luoghi pii, non compresi però in tale imposizione i soli beni delle chiese parrocchiali, ed addetti alle stesse cure, e li beni appartenenti alli monasteri di monache. Quale imposizione debba esigersi da chi deve esigere la dativa reale all'oggetto di formare con essa una cassa di supplemento alle scuole, onde si provveda a tali spese necessarie, e vi sia in oltre qualche sopravanzo da erogarsi o in qualche giubilazione col sentimento della congregazione deputata, o in qualche segreta gratificazione nel fine dell'anno scolastico, la quale si creda opportuna in favore di qualche lettore di merito più singolare ad arbitrio della congregazione deputata da darsi per voti segreti; e questa imposizione debba durare sino che non si prenderà da Noi, o da Nostri successori altro provvedimento per supplire alle spese necessarie per mantenimento delle medesime scuole.

De taxa impositionis pro sustentatione onerum.

§. 64. Quæ quidem omnia et singula his literis Nostris exposita, inserta et contenta Nostra auctoritate publicandi, declarandi, decernendi, et præscribendi plenam, et amplam

Confirmatio apostolica.

facultatem tibi eadem auctoritate tenore presentium committimus, attribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 65. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti, et obtinere, ac iis omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus respective, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 66. Non obstantibus quatenus opus sit felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et regulis quoque cancellariae Nostrae apostolicae de iure quaesito non tollendo, nec non dictionum cenobiorum, ecclesiarum, et curarum animarum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis; ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, praesentibus, pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque con-

trariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLI.

Litterae apostolicae alias expeditae, et nuncio apostolico Lisbonensi commissae pro erectione collegiatae nunc archiepiscopo Alborensi committuntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ita excitat cor Nostrum saecularium principum reverentia, qua in hanc divi Petri cathedram se gerunt, ut ea quae ab ipsis pie et recte petuntur, benigne excipere impellamur, prout eorum exigunt preces, et apostolicae Sedis ad eas gratias habendas convenit inclinatio.

§. 2. Quoniam vero Nos alias votis, ac precibus dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliae principis, ac regorum Portugalliae, et Algarbiorum regentis per dilectum filium Alexandrum de Souza et Holstein ipsius Joannis principis ac regentis, apud Nos, et Sedem apostolicam oratorem Nobis porrectis benigne annuentes per similes Nostras literas incipientes *Romanorum pontificum*, sub plumbo etiam expeditas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio, praevi nonnullarum cappellandarum regiae cappellae in villa Vicosa nuncupatae a praeclearissimis Bragantiae ducibus erectae, ac perpetui simplicis vacantis beneficii ecclesiastici archidiaconatus de Regoa nuncupati dignitatis forsitan residentialis in cathedrali ecclesia Portugallensi, ac ex tunc prout ex eo tempore aliorum perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum in quibusvis ecclesiis civitum, et dioecesium regnorum Portugalliae et

Dat. die  
26 septembris  
1803  
anno IV.

Praemium.

Memorantur  
praecedentes  
litterae ad rem  
editae.

Algarbiorum hujusmodi respective existentium primo loco vacaturorum ordinariæ liberæ collationis suppressione et extinctione beneficiorum eorundem fructus in dotationem dictæ regie cappellæ converterimus, et regiam ipsam cappellam in insignem collegiatam ecclesiam ad instar aliarum de Ourem, et de Barcellos erexerimus, prout in prædictis literis plenius, ac fusius continetur.

Declaratur literas exequendas commissis se nuncio apostolico.

§. 3. Dilecto autem filio Nostro et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti specialiter commisimus, et mandavimus, ut ipse ea omnia quæ a Nobis in literis præfatis disposita, et ordinata reperiebantur, juxta voluntatem et intentionem Nostras fideliter executioni demandaret, et ad hujusmodi effectum facultates omnes ad id necessarias, et opportunas concessimus, atque tribuimus.

Preces portatæ pro deputatione alterius executoris apostolici.

§. 4. Cum vero Nobis idem Joannes princeps ac regens ante oculos posuerit, quod facilius, atque expeditius omnia in literis Nostris hujusmodi contenta ad effectum adducerentur, si ipsimet archiepiscopo in cujus diocesi præfatum locum de villa Vicosâ existit, dictarum literarum exequutio commissa fuisset.

Deputatio archiepiscopi Elborensis in executionem, prædictarum literarum.

§. 5. Nos considerantes quod prædictus Joannes princeps ac regens optime cogitaverit a Nobis hoc enixe efflagitando, literis præfatis quoad commissionem tantum specialiter et expresse derogantes, venerabilem fratrem modernum et pro tempore existentem archiepiscopum Elborensis in exequutores earundem literarum constituimus, et declaramus, eique facultates omnes tribuimus, et impertimur, quæ nuncio Nostro prædicto antea fuerant elargitæ, perinde ac si exequutio dictarum literarum ab initio archiepiscopo prædicto commissa fuisset.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentibus Nostras literas semper et perpetuo validas, et efficaces existere, ac suos plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, ac specialem, et individuam mentionem

etiam requirentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus etiam, ut earundem præsentium transumpta, sive exempla etiam impressa, manu alicujus notarii publici subscripta, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita eandem ubique fidem, et auctoritatem obtineant in judicio, et extra, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ derogationis, commissionis, deputationis, decreti, ac facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, sexto kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quarto.

Sanctio penaliter.

CCXLII.

Dat. die 27 septembris 1803 anno IV.

Instante sodalitate sanctissimi Sacramenti civitatis Limanæ confirmatur rescriptum congregationis Rituum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii moderni moderatores sodalitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti, sanctissimæ Trinitatis, et Conceptionis beatæ Mariæ Virginis in ecclesia sanctorum Petri, et Pauli civitatis Limanæ canonice, ut asseritur, erectæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ac eandem Deiparam afficiuntur devotionis affectu, eorum cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcui.

Tenor confir-  
mationis re-  
scripti sacrae  
congregatio-  
nis Rituum.

§. 2. Nos igitur dictos exponen-  
tes specialibus gratiis, et favoribus  
prosequi volentes, et eorum singu-  
lares personas a quibusvis excommu-  
nicationis, suspensionis, et interdicti,  
aliisque ecclesiasticis censuris, sen-  
tentiis, et poenis quovis modo, et  
quacumque de causa latis si quas for-  
te incurrerint, hujus tantum rei gra-  
tia absolventes, et absolutos fore cen-  
sentes; supplicationibus eorum nomi-  
ne Nobis humiliter porrectis inclina-  
ti, referente dilecto filio magistro Mar-  
co Antonio Cattaneo sacrorum rituum  
congregationis protonotario, venera-  
bili fratri archiepiscopo Limano ar-  
bitrium auctoritate Nostra apostolica  
indulgendi, si ita ei expedire vide-  
bitur, ut quotannis in posterum in  
praedicta ecclesia in die proprio festi  
Conceptionis B. M. V., et per ejus  
octavam in omnibus missis ejusdem  
festi adhiberi possint paramenta, ve-  
stesque sacrae aut intertextae, et co-  
lore caeruleo parce vermiculatae: praeterea, ut in una dominica cujusque  
mensis, non tamen primae classis, in  
qua peculiari cultus significatione fit  
renovatio hostiae consecratae, celebrari  
possit una missa cum caetu votiva  
solemnis de sanctissimo Eucharistiae  
sacramento. Tandem, quod a cap-  
pellano ipsius sodalitatis celebrari pos-  
sit missa privata in altari, in quo est  
expositum sanctissimum Eucharistiae  
sacramentum, permittimus,

Derogatio cou-  
tinariorum.

§. 3. Non obstantibus constitu-  
tionibus et ordinationibus apostolicis,  
nec non, quateus opus sit, dictae  
ecclesiae etiam jramento, confir-  
matione apostolica, vel quavis fir-  
mitate alia roboratis statutis, et con-  
suetudinibus; privilegiis quoque, in-  
dultis, et literis apostolicis superiori-  
bus, et personis sub quibuscumque  
tenoribus, et formis, ac cum qui-  
busvis etiam derogatoriis derogato-  
riis, aliisque efficacioribus, efficac-  
cissimis, ac insolitis clausulis, irri-  
tantibusque, et aliis decretis in ge-  
nere, vel in specie, ac aliis in con-  
trarium quomodolibet concessis, ap-  
probatis, et innovatis; quibus om-  
nibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter ex-  
pressis, ac de verbo ad verbum inser-  
tis habentes, illis alias in suo robore  
permanuris ad praemissorum effe-  
ctum hac vice dumtaxat specialiter,

et expresse derogamus, caeterisque  
contrariis quibuscumque. Datum Ro-  
mae apud sanctam Mariam Majorem  
sub annulo piscatoris die vicesima  
septima septembris millesimo octin-  
gesimo tertio, pontificatus Nostri  
anno quarto,

CCXLIII.

Dat. die  
30 septembris  
1803.  
anno IV.

Instante confraternitate animarum pur-  
gatorii Bracharensis, confirmatur  
instrumentum concordiae inter eam-  
dem confraternitatem ex una, et  
capitulum, ac canonicos cathedralis  
praedictae ex altera partibus ini-  
tae.

Venerabili fratri  
Archiepiscopo Bracharensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **N**omine dilectorum filio-  
rum iudicis, et officialium mensae  
confraternitatis, quae sub titulo ani-  
marum purgatorii in ista cathedrali  
ecclesia Bracharensi canonice, ut as-  
seritur, exstat erecta, nuper exposi-  
tum Nobis est, quod, ut finis de-  
mum fieret magnis sumptibus, quos  
impendi opus fuit pro lite diu exa-  
gitata inter confraternitatem, et di-  
lectos filios canonicum oeconomum  
fabricae, et capitulum cathedralis  
praedictae, concorditer conventum  
fuit hinc inde, restitui confraterni-  
tati plura utensilia, ac plura quoque  
declarari, assignarique ei iura pro  
cappella, et altari, pro sacristia, et  
utensilium custodia, pro missis, et  
functionibus, aliisque rebus, usibus,  
et commoditatibus, prout videre est  
in instrumento concordiae hujusmodi  
die undecima augusti currentis anni  
solemni stipulatione confecto, et a  
partibus vicissim utriusque subscripto,  
cui fraternitatis etiam tunc pro co-  
ronide accessit consensus. Ut autem  
isthaec concordia firmiter, perpetuo-  
que subsistat, exponentes dictum in-  
strumentum per Nos confirmari, ac  
apostolicae auctoritatis Nostrae praesidio  
communiri vehementer desiderant;

Expositio pro  
21. III.

Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eos, eorumque singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, recensitis instructamentum cum omnibus, et singulis in eo contentis, atque expressis, auctoritate Nostra apostolica ad probes, atque confirmes, ac ratum, confirmatumque declares, illique perpetuæ firmitatis apostolicæ robur adjicias, et omnes, ac singulos sive juris, sive facti defectus, si quos in eo quomodolibet intervenisse contigerit, suppleas, et sanes; Nos enim tibi ad id plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tribuimus, et impertimur.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes propterea easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis ad respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIV.

Dat. die  
30 septembris  
1803  
anno IV.

Confirmatur erectio scholarum piarum per episcopum Ferentinum facta pro puellis ejusdem civitatis instruendis, et respectivæ assignationes pecuniariæ a nonnullis confraternitatibus promissæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Pietatis, charitatisque opera, quæ a vigilantibus pastoribus, pro sibi concedit gregis utilitate provide instituuntur, non modo laudanda, et promovenda esse ducimus, sed etiam auctoritate Nostra confirmare solemus.

Proemium.

§. 2. Exponi itaque Nobis nuper fecit venerabilis frater Nicolaus archiepiscopus, episcopus Ferentinus, quod ipse pro eo, quo flagrat pastoralis zelo, scholas publicas pro puellis, præsertim pauperibus, ut ipsæ etiam ad religionem, et femineas artes informantur, in dicta civitate erigere constituit sub directione, et regulis per se constitutis, seu constituendis, et pro circumstantiarum varietate per se quoque, et successores suos immutandis; ad quod salutare opus perficiendum, et perpetuandum dilecti filii moderni confratres confraternitatis sub titulo Spiritus Sancti annuam summam quinquaginta scutorum monete Romanæ, confratres alterius confraternitatis s. Antonii similiter viginti quinque scutorum, alterius sanctissimi Sacramenti quindecim, ac tandem pariter confratres B.M.V. de Monte Carmelo summam annuam scutorum decem ex dictarum confraternitatum redditibus respective solvendas spoponderunt. Accessit quoque summa viginti scutorum annuorum detrahenda ad id ex redditibus pro juvenum dicte civitatis eruditione destinatis, juxta visitatoris ipsius communitatis decretum editum, et successive per Nosram congregationem Boni Regiminis die vi superioris mensis Augusti adpræbatum. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ut scholarum piarum hujusmodi institutio firmiter subsistat, et prædictæ annuæ pecuniariæ assignationes solvantur exactius

Expositio præ-  
cipua.

apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio omnia muniri, ac alias, prout infra, sibi desuper per Nos indulgeri ipse Nicolaus episcopus desideret.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos ipsum exponentem in suo laudabili proposito, quantum cum Domino possumus, benigne confovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, erectionem scholarum piarum hujusmodi pro puellis ab eodem Nicolao episcopo factam, seu faciendam sub directione, et regulis supradictis, nec non omnes, et singulas memoratas confratrum assignationes annuas, dictique visitoris decretum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac singulos, juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, sanamus, et supplemus.

Facultas imponendi annuam taxam super bonis ecclesiasticis.

§. 4. Insuper eidem episcopo, quatenus opus sit, pro meliori operis complemento, aliquam annuam taxam super redditibus monasterii monialium s. Claræ, aliarumque dictæ civitatis ecclesiarum imponendi, et exigi faciendi quascumque opportunas, et necessarias facultates, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, civitatis, confraternitatum, monasterii, et ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis; et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscum-

que tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLV.

Dat. die  
30 septembris  
1803  
anno IV.

Ampliatio ad induendam, et exuendam vestem violaceam domnicum facultate addendi filum aureum fimbriæ serico, pro dignitatibus, et canonicis basilicæ Lauretanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii dignitates, et canonici ecclesiæ basilicæ Lauretanæ, quod pridem sub certis modo, et forma tunc expressis sibi auctoritate apostolica indulsumus, ut ipsi vestem oblongam violaceam intra ecclesiam prædictam et in functionibus capitularibus dumtaxat gestare, libere, et licite possent, et valereat, ac alias, prout ex Nostri desuper in simili forma brevis die prima superioris julii expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fasius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additam erat, ob localem eorum sacristiæ angustiam, perincommodum ipsis est vestem prædictam mutare, aliquam assumere, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut

Expositio pro eum.

infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-  
tionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, iisdem dignitatibus, et canonicis, ut ipsi pro iis vicibus dumtaxat, in quibus ad psallendam, vel celebrandam, aut sacras quascumque functiones in dicta basilica peragendas erit eundem, veste hujusmodi violacea in propria quisque domo se induere, illaque induti ecclesiam prædictam recta petere, rectaque domum ad eam deponendam, quin per urbem errent, redire, atque ita, et in hisce circumstantiis tam per publicas vias singulatim eandem oblongam violaceam vestem per publicas vias, non autem per officinas, aut alienas domos, vel alio gestare; nec non funiculum sericum, in quo crux, quam ante pectus appensam deferendam in dictis literis concessimus, est alliganda, ipsum funiculum auro intertextum, ita ut unum ejusdem funiculi filum aureum sit, alterum vero sericum nigrum cum flocculo similiter intertexto gerere libere, et licite possint, et valeant, servata in reliquis earundem Nostrarum literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-  
trarium.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in memoratis Nostris literis non obstare volumus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVI.

Die die  
10 octobris  
1803  
anno IV.

Literæ apostolicæ suppressionis nonnullorum beneficiorum alias expeditæ, et nuncio Lisbonensi pro executione commissæ nunc patriarchæ Lisbonensi committuntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**postolica benignitate amplexere nunquam dubitavimus vota sæcularium principum, et interdum ad eorum preces nonnulla quamvis aliter a Nobis ordinata, libenti animo mutare non prætermitimus, quando illa congruis rationibus conspiciamus expedire. Proemium.

§. 2. Cum itaque per alias Nostras sub plumbo expeditas literas incipientes *Ineffabilis* datas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii pontificatus Nostri anno tertio ad supplicationem dilecti filii Alexandri de Souza et Holstein, dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliæ principis ac regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentis apud Nos et apostolicam Sedem oratoris nomine ejusdem Joannis principis et regentis, moderno, et pro tempore existenti Nostro, et prædictæ Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti facultatem tribuimus, ut nonnullas dignitates, canonicatus, et dimidios canonicatus tam in patriarchali ecclesia Lisbonensi, quam in aliis cathedralibus ecclesiis prædictorum regnorum respective primo loco vacaturos supprimeret, et extingueret, illorumque fructus certis modo et forma in conventus fratrum ordinis sancti Francisci reformatorum sancti Petri de Alcantara nuncupatorum provinciæ de Arabida penes regium palatium de Mafra existentes, firmum et stabile subsidium converteret, prout in ante dictis, atque etiam in aliis incipientibus *Ingenua* pariter apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, quarto idus maji, pontificatus Nostri anno quarto, expedi-

Expositio lite-  
rarum jam ex-  
peditarum.



tis literis plénius respective continetur.

Preces porrectae pro deputatione alterationis executoris.

§. 3. Prædictus vero Joannes princeps, cum animo attentius cogitaverit, quod si literarum Nostrarum hujusmodi exequutio patriarchalis ecclesiae Lisbonensis præsulipotius quam Nostro pro tempore existenti apostolico nuncio fuisset commissa, facilius omnia in literis prædictis contenta ad felicem exitum perducerentur.

Deputatio novi exemptoris in locum nunci apostolici.

§. 4. Qua propter ejusdem Joannis principis ac regentis precibus Nos annuere volentes, literis præfatis illa in parte tantum specialiter et expresse derogantes venerabilem fratrem Nostrum modernum et pro tempore existentem patriarcham ecclesiae Lisbonensis per præsentem in exequutorem earundem literarum constituimus, et declaramus, eique facultates omnes tribuimus et impertimur, ut ipse, prout nuncio Nostro præfato antea commissum fuerat, expressa in eisdem literis Nostris vacatura beneficia ecclesiastica supprimenda designet, illorumque fructus in enuociati conventus, et ecclesiae ac religiosorum stabilem manutentionem et sustentationem, ut supra, convertere, atque ea omnia valeat peragere, quæ in literis prædictis eidem apostolico nuncio fuerunt mandata.

Decretum irritans.

§. 5. Has vero Nostras literas perpetuo validas et efficaces esse, ac suos integros effectus sortiri et obtinere, nec non ab omnibus firmiter et inviolabiliter observari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, ac specialem et individua mentionem etiam requirentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium Nostrarum literarum transumptis manu alienjus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent.

Sæctio poenitentis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ derogationis, commissionis, deputationis, decreti, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis

autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, sexto idus octobris pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVII.

Suppressio perpetua commissariatuum congregationis s. Joannis De-Deo in Americanis provinciis Hispaniæ ditioni subjectis, et substitutio provincialium in eorum locum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Inscrutabili divine providentiæ consilio ad regendam Christi Ecclesiam, licet immerentes, constituti, Nostrarum partium intelligimus esse curas omnes, et sollicitudines Nostras eo convertere, unde non modo mala, si qua sunt a fidelibus, quantum fieri potest, arceantur, et amoveantur, verum etiam quæ eorum bono, utilitatique sunt, in eos provenire possint.

Proemium.

§. 2. Quibus in cogitationibus dum dies, noctesque, quantum in Nobis est, sine intermissione versamur, accidit, ut carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus pro flagranti studio, quanta utilitates omnes, et commoda incensus est hominum regie suæ ditioni subjectorum, atque in priis eorum, qui morbis, atque infirmitatibus afflicti, et vexati, propter rerum omnium inopiam ad hospitalia confugere, atque in iis levamen, subsidiumque suis necessitatibus quaerere, ac postulare coguntur, cognoverit, hospitalia quædam ex eorum numero, quorum cura, et administratio congregationi fratrum sancti Joannis De Deo nuncupatorum credita est, et quæ in Americanis ipsius regis catholici ditionibus sunt constituta, eo in statu, ac conditione versari, ut aptior in iis, atque utilior earum rerum administratio constitui necesse sit, quæ ad levandos infirmos desti-

Ratio decernendæ suppressionis.

natae sunt, idque tam circa praedia, quorum possessionibus jampridem gaudent, quam circa elemosynas, quae a fidelium pietate, ac charitate conferuntur, cognoveritque praeterea, hanc aptioris, utiliorisque administrationis necessitatem ex eo maxime proficisci, quod nimis pauci sunt praedictae congregationis sancti Joannis De Deo commissarii, et impares omnino sint prospiciendis, praevidendisque rebus omnibus, quae sunt eorum muneris, ac necessariae, praesertim in tanta, et tam dissita illarum regionum catholico regi subditarum amplitudine, ita, ut his ipsis de causis etiam concilium provinciale Mexicanum IV celebratum anno MDCCCLXXI, cui venerabilis frater Noster cardinalis De Lorenzana nuncupatus, tunc archiepiscopus Mexicanus, praefuit, existimaverit, ac proposuerit, incommodis, quae ob allatas causas in hospitalia proveniebant, auctoritate Sedis apostolicae consulendum esse. Harum igitur cognitione permotus rex catholicus, pro ea, qua in subditos suos, praesertim pauperes, fervet charitate, humiliter Nobis supplicari fecit, ut malis hujusmodi remedium afferre, atque auctoritate Nostra apostolica providere dignaremur, et quo res succedere facilius, maturiusque posset, ipse quasdam Nobis proponi jussit rationes, quibus aptior illa, et utilior praedictorum hospitalium in rebus temporalibus administratio posset institui, prout latius in precibus nomine catholici regis ab ejusdem ministro plenipotentiaro in hac alma urbe Nostra degente continetur.

§. 3. Nos igitur piis, religiosisque ejusdem Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, pro Nostra in eum benevolentia annuere volentes, illud etiam in animo considerantes, congregationem praedictam sancti Joannis De Deo conflata esse religiosi viris maxima ex parte laicis, qui solempni voto pauperibus infirmis omni ope juvandi se se dicant; motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, quemadmodum a praefata synodo Mexicana propositum fuerat, commissariatuum hujusmodi officia, seu gradus in dictis provinciis, et aliis ipsius Caroli regis dominiis, Ame-

ricanis dumtaxat, ut praefertur, existentibus aboleamus, supprimimus, extinguimus, et perpetuo abrogamus, atque in eorum locum provinciales, et definitores provinciales, ut infra, eligendos, eo numero, et locorum intervallis, quae ab episcopis tanquam specialiter ad id ab hac Sede apostolica delegatis, annuente rege catholico, magis expedire iudicabuntur, substituimus, et subrogamus, cum iisdem facultatibus, praeminentiis, honoribus, et oneribus (cohaerenter tamen ad ea, quae infra statuemus) et auctoritatibus, quibus dicti commissarii generales pollebant. Statuentes, ut praedictorum provincialium electio libere a sexennio in sexennium fiat a religiosis vocalibus ipsius ordinis sancti Joannis De Deo juxta formam, et tenorem in constitutionibus ejusdem ordinis pro hujusmodi electionibus peragendis constitutum, praesidentibus eisdem episcopis, salva tamen, et integra remanente exemptione, et libertate electionis.

§. 4. Mandamus insuper, ut quaecumque ad hospitalium regimen, et eorumdem bonorum, et elemosynarum administrationem dumtaxat pertinebunt, respectivorum ordinariorum pro tempore existentium utpote delegatorum apostolicorum directioni, curae, et vigilantiae subdiciantur, ita ut possint, ac debeant in id potissimum intendere, ne hospitalium redditus, et elemosynae praedictae ad alios usus distrahantur, sed ad infirmorum, pro quibus datae sunt, subsidium prorsus erogentur, utque praeterea rationes bonorum, et elemosynarum hujusmodi a dictis confratribus repetere possint, ac debeant, omninoque invigilent, atque attente provideant, ut dicti redditus quam optime, rectissimeque administrantur, erogenturque in utilitatem, subsidium, et levamen pauperum infirmorum, caeterosque fines, quorum gratia, vel a piis fundatoribus praedia, et bona legata fuerunt, vel a benefactoribus donata, qui manualibus quotidianis elemosynis ad conservationem, incrementumque operis tam salutaris concurrunt, salvo semper jure patronatus ad praedictam regem catholicum pertinente. In iis vero, quae ad internum conventuum regimen, et ad conservationem, integritatem, incolumitatem, et obser-

Subjectio hospitalium jurisdictioni suorum ordinariorum.

Tenor decreti suppressionis.

vantiam disciplinæ regularis pertinent, volumus, et mandamus, ut prædicti confratres, priores, provinciales, defensores, et conventus quicumque in ea, in qua hactenus fuerunt a confratre majori in Hispania degente dependentia permaneant, et perseverent, et a quacumque respectivorum ordinariorum potestate exempti sint, juxta privilegia, quæ, ut præfertur, eidem ordini concessa fuerunt; ut, servata uniformi membrorum ab eodem generali capite dependentia, uniformitas quoque disciplinæ servetur, regularis observantia consistat, ac illius integritas, ipsiusque congregationis unitas habeatur.

Ampliatio facultatum dictorum ordinariorum pro re et administratione hospitalium.

§. 5. Præterea locorum ordinariorum, quibus vigore præsentium, ut præfertur, cura invigilandi super re et administratione reddituum dictorum hospitalium administratione demandata est, facultatem concedimus, utpote hujus sanctæ Sedis delegatis, cognoscendi in gradu appellationis de omnibus decretis, et provisionibus ad administrationem dictorum hospitalium pertinentibus tantum emanatis, aut emanandis, a provincialibus, et definitivis eligendis, ut supra, quoad superiorem generalem dictæ congregationis in Hispania residentem recurratur, ita postulante dictorum decretorum, ac provisionum natura; quæ cum ad bonum publicum tam urgens, ac necessarium pertineant, qualis est infirmorum curatio, providendum est, ut quam celerissime fieri potest, executioni mandentur, quin eorum executio tamdiu retardetur, quandiu necessarium esset, si ante illorum executionem expectanda esset prædicti superioris generalis Hispani responsa, et decisiones; salva tamen, ac firma remanente ipsi superiori generali facultate cognoscendi, ac decidendi super quibuscumque aliis causis, et questionibus, quæ oriri possent circa internam conventuum disciplinam, et circa regimen communitatis religiosæ, itemque salva, et firma remanente prædicti ordinis, sive congregationis sub unico capite unitate. Ordinariis autem locorum, quibus ea cura demandata est, de qua supra, volumus, ut ad formam decretorum alias a congregatione concilii editorum, et a felicis recordationis Urbano pp. VIII prædecessore Nostro auctoritate apostolica

confirmatorum nihil prorsus solvatur, nec eorum officialibus pro rationibus exigendis, et cæteris præmissis exequendis, neque a visitatis procuratio sive in pecunia, sive in victualibus debeat.

§. 6. Decernentes præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definituri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Nostro, et hujus apostolicæ Sedis nunc, et pro tempore existenti in Hispaniarum regno nuncio, vel pro nuncio motu, et potestate similibus per præsentibus committimus, et mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios præsentibus Nostras literas, et in eis contenta quæcumque; ubi, et quando opus fuerit; et quoties pro parte dictorum archiepiscoporum, episcoporum, confratris majoris, definitivorum provincialium, ac superiorum, et confratrum congregationis sancti Joannis De Deo hujusmodi, seu alicujus eorum fuerit requisitus solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate Nostra apostolica easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque hujusmodi inviolabiliter observari; contradictores quoscumque, et rebelles per censuras ecclesiasticas, et poenas etiam pecuniarias, aliaque juris, et facti remedia auctoritate Nostra prædicta, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super iis habendis servatis processibus, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, auxiliumque brachii secularis ad hoc, si opus fuerit, invocando.

§. 7. Non obstantibus super præmissis dumtaxat quibuscumque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam speciali mentione dignis, nec non congregationis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-

Clausula subla-  
da, et decre-  
tum irritans.

Derogatio non  
tratarum.

tatis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu simili, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut eorundem præsentium transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xv. novembris MDCCCIII. pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVIII

Indulgetur canonicis cathedralis Polensis, ut mantelletam, et vestem talarem, et parvam crucem gestare valeant in functionibus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. In sanctæ apostolicæ Sedis fastigio, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, præsertim illustriorum, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animam intendentes, harum honorificentæ, et decori eo libentius consulimus, quod ipsa quoque indumenta, et externa personarum hujusmodi ornamenta multum venera-

tionis oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis <sup>Expositio pre cum.</sup> nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis civitatis Polensis, cathedralis ipsa templi structura; patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum pietate, et doctrina, populi christiani devotione, et frequentia, ac præsertim antiquitatis laude ita floreat, ut in dicta civitate Constantinus magnus imperator, ejusque sancta mater Helena resedisse censeantur, multum splendoris, et ornamenti ad eandem ecclesiam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa; si ipsius cathedralis dignitates, et canonici, beneficiati, cappellani, et mansionarii præclaris decorationibus, novisque prærogativis donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis prædictæ, ut ipsi mantelletam, et vestem talarem violaceas, cum asulis et globulis ejusdem violacei coloris, ac parvam auream crucem magnitudine, et forma ab episcopali cruce prorsus discrepantem, fasciola serica rubea adligatam e collo ad pectus pendentem, in cujus antica ipsius sanctæ crucis alba effigies, in postica vero effigies beatæ Mariæ virginis in cælum assumptæ ejusdem cathedralis patronæ insculpta sit, in choro, et processionibus, ac reliquis functionibus, et actibus publicis quibuscumque capitularibus, et (quoad vestem prædictam talarem dumtaxat) etiam in aliis sacris functionibus, et in missarum privatarum, ac solemnium celebra-

Fides habenda transumptis.

Dat. die 11 novembris 1803 anno IV.

Proccium

tionem gestare; extra vero functiones huiusmodi eandem crucem, et fasciolarum sericam violaceam circa pilei fornicem obvolutam cum flocculis similibus, nec non collarem, cinctorium, et tibialia ejusdem violacei coloris in civitate, et diœcesi Polensi tantum deferre; beneficiatis autem, et cappellanis, ac mansionariis ipsius cathedralis, ut eam insigniam, quam vulgo zanfardam vocant, gestare in functionibus quibuscumque prædictis, atque omnes huiusmodi insignis respectu uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictasque dignitates, canonicos, beneficiatos, cappellanos, et mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari, ac irritum, et inane, si secus a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 4. Non obstantibus felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCIL.

Dat. die  
22 novembris  
1803  
anno IV.

Indulgetur canonicis collegiatae ecclesiæ oppidi Portus Mauritiæ Albinganensis diœcesis, ut rocchetum et cappam magnam gestare valeant in functionibus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quantum splendoris, ac <sup>Proemium.</sup> venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesiæ non solum profestorum, sacramentorumque functionum varietate sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris divinas laudes ibidem publice canentibus, cælestesque angelorum choros imitantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ collegiatae oppidi Portus Mauritiæ, Albinganensis diœcesis, in qua quatuordecim canonici existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione non parum floreat, multum honorificentia, et dignitatis ad ipsam accederet, divinusque cultus, fideliumque devotio majora ibi suscipere incrementa, si ejusdem collegiatae canonici iisdem decorationibus donentur, quibus haud ita pridem dilectos filios dignitates, et canonicos collegiatae ecclesiæ s. Blasii oppidi civitatis pariter nuncupati Finarii Savonensis diœcesis per Nostras desuper in simili forma brevis die xiv. septembris anni superioris expeditas literas donavimus; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis

Tenor concessio-  
nis.

quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictæ collegiæ ecclesiæ Portus Mauritiæ, ut rochetum, et cappam magnam violaceam, cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris et cum pellibus armellinis coloris cineracei, vulgo color bigio, hyemali, æstivo autem tempore eandem cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus, ad instar canonicorum memoratæ collegiæ s. Blasii, tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenere præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Deregatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiæ ecclesiæ etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCL.

Dat. die  
22 novembris  
1803  
anno IV.

Indulgetur canonicis collegiæ One-liæ Albinganensis diœcesis, ut rochetum, et cappam magnam in functionibus gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **Q**uam splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro festorum, sacrarumque functionum varietate sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris divinas laudes ibidem publice canentibus, cœlestesque angelorum choros imitantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ collegiæ oppidi civitatis nuncupati One-liæ Albinganensis diœcesis, in qua tresdecim canonici existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione non parum floreat, multum honorificentæ et dignitatis ad ipsam accederet, divinusque cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiæ canonici, iisdem decorationibus donentur, quibus haud ita pridem dilectos filios dignitates, et canonicos collegiæ ecclesiæ sancti Blasii oppidi civitatis pariter nuncupati Finarii Savonensis diœcesis per Nostras desuper in simili forma brevis die xiv. septembris anni superioris expeditas literas donavimus; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaeremur.

Expositio preem.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis,

Tenor concessionis.

et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictæ collegiæ Oneliæ, ut rocchetum, et cappam magnam violaceam cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris, et cum pellibus armellinis coloris cineracet, vulgo color bigio, hyemali, æstivo autem tempore eandem cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus, ad instar canonicorum memoratæ collegiæ sancti Blasii tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio constitutionum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CGLI.

Dat. die  
24 novembris  
1803  
anno IV.

Deputatio episcopi titularis ad exercenda pastoralia munia in loco del Paposo in Indiis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **D**um Redemptor Noster Jesus Christus apostolis suis spiritum sapientiæ, et intellectus ad manifestandum gentibus magnalia Dei, et ad revelandum seditibus in umbra mortis, quia ipse est Deus sæculorum conspector, misericorditer suscitavit in cordibus; Petrum, cui oves suas pascere injunxit, clavesque regni cælorum tradidit, inter illos principem constituit, eique fidelium directionem ad viam salutis, uti supremum pontificem pertinere statuit; hinc Nos uti Petri successor ad universalis Ecclesiæ regimen, licet nullis suffragantibus meritis, Nostrisque viribus penitus impares a Christo Domino misericorditer constituti, officii Nostri debitum adimplere cupientes, quid animarum omnium salutis conferre valeat, mentis Nostræ acie sedulo considerare nunquam desistimus; ideoque dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici piissimis desideriis obsecundantes, ut orthodoxæ fidei propagationi quoad vires Nostræ suppetunt, Deo opitulante, consulatur, muneris Nostri esse ducimus postulationibus hujusmodi clementer indulgere.

Proemium

§. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius De Vargas y Laguna, apud Nos, et Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentarius administer, nomine ipsius Caroli regis Nobis significaverit, quod usque ab anno Domini MDCCXC. eidem regi notitiam pervenit, eximia pietate, et labore dilecti filii Raphaelis Andreu y Guerrero presbyteri, in regno de Chile, centum leucarum intervallo a villa nuncupata de Copiapò, aliquos habitatores absque ullo catholice religionis auxilio, et deinde ad incognitas regiones aperto aditu

Expositio pro  
cum.

in medio deserti di Atacama nuncupati in loco pariter nuncupato del Paposo majorem habitatorum numerum respective inventum fuisse, quos idem Raphael orthodoxæ fidei præceptis erudiebat, et alios probabiliter inventum iri, atque idcirco putari necessarium, ut aliqua ecclesiastica persona designaretur, cui animarum iis in locis degentium cura a respectivis ordinariis committeretur, pro eo, quod attenta quatuorcentum leucarum distantia a præcipua civitate præfati regni, nullo alio modo spirituale auxilium animabus hujusmodi opportune posset subministrari.

Ratio concessionis.

§. 3. Cumque idem Carolus rex optime agnoverit, quod populi isti de potestate tenebrarum erepti, et ad gratiam coruscantis luminis sempiterni perducti, e remotissimis illis locis ad respectivos antistites eorum preces nisi magnis incommodis, et animarum quoque periculis transmittere minime valerent, ideo juxta votum etiam venerabilis fratris episcopi sancti Jacobi de Chile, ad cujus diocesim magna locorum hujusmodi pars pertinet, spirituali earundem profectui opportunum videretur, personam ecclesiasticam ad erudiendos tales populos deputatam episcopali dignitate insigniri, ut animarum populorum curæ supradicti s. Jacobi de Chile, et infrascriptorum episcoporum commissorum, congruo regimini, illorum vice valeret consulere.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos itaque pastoralis sollicitudine, votis ejusdem Caroli regis superius expositis propensius annuentes, ac in præmissis omnibus providere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, matraque deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, ac fidei catholicæ propagationem præcipimus, atque statuimus, ut in super expressis locis ad dioceses de Plata vulgo Charcas, s. Jacobi de Chile, Tucumanam, et de Arequipa respective pertinentibus, unus presbyter vel sæcularis, vel cujusvis ordinis regularis in theologia, seu decretis graduatus, habilis, et idoneus per ipsum Carolum, et pro tempore existentem Hispaniarum regem catholicum semper, et etiam pro hac prima vice nominandus, ac per Nos, et Romanum pontificem, ad episcopalem ec-

*Bull. Rom. Tom. XII. F. 74.*

clesiam titulari promovendus, qui præcipue in portibus et oris sancti Nicolai, et Beatæ Mariæ Virginis del Paposo resideat, illiusque populi tam christiani, quam gentilis, nec non oppidorum, terrarum, et locorum in eorundem territoriorum limitibus, terminis, et locis præfatis consistentium respective spiritualem curam nomine, ac vice respectivorum ordinariorum ex eorum speciali delegatione habere, et inibi prædicare, ac etiam per alias personas ecclesiasticas ab eo deputandas prædicari facere, gentilesque prædicti, ut ad orthodoxæ fidei cultum convertantur studere, et conversis, in eadem fide confirmare, atque baptismi gratiam, et confirmationis, nec non matrimonii, et sacrorum quoque ordinum sacramenta impendere, et tam illis sic conversis, quam omnibus aliis fidelibus in territoriis hujusmodi, eorumque respective oppidis, terris, villis, locis, ac limitibus pro tempore degentibus, et ad ea declinantibus omnia spiritualia munera tamquam deputatus in auxilium supradictorum archiepiscopi, et episcoporum, atque uti ipsorum archiepiscopi, et episcoporum, nec non etiam Sedis apostolicæ specialis delegatus in hujusmodi locis respective ministrare, et administrari quoque facere, et procurare possit, et valcat. Ita ut ipse omnia, et singula, quæ ad divini cultus augmentum, et ad animarum salutem expedire cognoverit, quæque archiepiscopus, et episcopi antedicti facere possent, ac deberent, in iis locis nomine, ac vice eorundem archiepiscopi, et episcoporum, atque uti ab iis specialiter respective delegatus gerere possit, ac debeat, assignata tamen per dictum Carolum Hispaniarum regem annua summa ab ærario regio hujusmodi episcopo titulari in prædictorum antistitem auxilium deputato pro ejus congrua sustentatione persolvenda.

§. 5. Minime vero dubitamus quin moderni, et pro tempore existentes archiepiscopus de plata vulgo Charcas, et sancti Jacobi de Chile, de Tucuman, et de Arequipa respective episcopi hujusmodi dispositioni Nostræ catholicæ religionis incrementum, et spiritualem populorum salutem unice respicienti libentissime sint assensuri, ac tali episcopo titu-

Protestatio  
super assensu  
præbendo ab  
episcopis.



lari in eorum auxilium designato facultates omnes respective delegaturi sint, quæ ad bonum perficiendum opus necessaria erunt, atque opportuna.

Injunctiones  
speciales ser-  
vandæ ab epi-  
scopo titulari.

§. 6. Antedicto autem episcopo titulari in prædictorum archiepiscopi, et episcoporum auxilium deputato injungimus, ut loca existentia in territorio ipsius curæ a memoratis antistitibus delegato, et ab infrascripto præsentium Nostrarum literarum executori declaranda, quantum fieri poterit, pastoralis visitatione perlustret; in quem finem liberum ipsi erit unam aut alteram locorum partem eligere, aut certioris de causa sui itineris tam episcopo diocesano, quam regio vice patroo, ut opportuna unusquisque valeat ei auxilia præstare, sese ad eam transferre, in eaque per tempus judicio suo congruum permanere, et iter hac, vel illac prosequi ad curandum illorum habitatorum spirituale bonum, absque eo, quod aliquis ex præfatis archiepiscopo, et episcopis, vel quisvis alius ullam possit in hoc ipsi afferre molestiam, vel impedimentum. De statu vero eorundem locorum, ac præsertim de baptizatorum numero, de catholicorum matrimoniis, de clericorum ordinatione, deque aliis præcipue ecclesiasticis negociis, cum primum commode juxta opportunitates identidem se se præbeat occasio, archiepiscopum, et episcopos supradictos respective certiores reddere omnino debeat; itemque de peractis suis itineribus, de rebus aliis illa spectantibus teneatur scientes facere vice reges, gubernatores, aliosque regios superintendentes illarum partium, ut hoc pacto nulla ei desint consilia, et adjumenta ad hujusmodi pium opus, etiam juxta catholici regis vota feliciter prosequendam.

Deputatio epi-  
scopi titularis  
in legatum  
sanctæ Sedis.

§. 7. Nos enim ut animarum salutari in remotis illis regionibus, quovis modo, ac tempore opportune consultum sit hujusmodi titulari episcopo in antedictorum archiepiscopi, et episcoporum auxilium deputato in singulis casibus, in quibus vel tempus, vel modus ei non suppetat potestatem habendi delegatam ab archiepiscopo, et episcopis respective supramemoratis, licentiam, et auctoritatem tribuimus, ut ipse tamquam ab hac quoque apostolica Sede

deputatus, facultates tam ordinarias, quam extraordinarias occasione præsertim visitationis pastoralis, etiam quoad sacros ordines, et matrimonia, eorundem archiepiscopi, et episcoporum vice, ac nomine exercere libere, ac licite valeat, quæ a præfatis archiepiscopo, et episcopis essent respective exercenda.

§. 8. Ut perfecte demum pia vota ipsius Caroli regis ad exitum perducantur, et ea omnia, quæ præsentibus Nostris literis disposuimus magis fideliter observentur, idoneam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, quæ a memorato catholico rege nominabitur in earundem literarum exequutorem deputamus, et juxta instructiones ei ab ipso Carolo rege tradendas territorium, et loca expresse declaret, in quibus antedictus episcopus titularis in auxilium archiepiscopi, et episcoporum prædictorum designatus, pastoralia officia eorum vice debeat exercere, atque archiepiscopum, et episcopos supradictos de hisce Nostris literis certiores reddat. Ad hoc vero ut nullam talis boni operis expedito progressui obstat impedimentum, eidem personæ ecclesiasticæ ab ipso rege nominandæ omnes ad hunc effectum necessarias, et opportunas tribuimus facultates.

Facultas concessa regi catholico nominandi exequutorem apostolicam.

§. 9. Decernentes præsentibus Nostras literas validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, etiamsi quicumque cujuscumque gradus, dignitatis, conditionis, aut præeminentiæ, in præmissis, et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, et actione vel occasione, jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis aut plenissime, aut minime consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causæ propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio substantiali, etiam individuum mentionem, et expressionem requirentem defectu notari, impuguari, invalidari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus

Clausula sublata, et decreta irritans.

illam quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio similiter concessio, et impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, sed eas validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. Sicque et non alias in præmissis omnibus per quoscumque iudices etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S.R.E. cardiales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuntios, et alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio, ac præeminentia fidentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, seu instantia iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariarum.

§. 10. Non obstantibus omnibus etiam cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque de Plata, seu Charcas, sancti Jacobi de Chile, Tucumanae, et de Arequipa respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, seu earum præsulibus pro tempore existentibus, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, et individua mentio facienda, aut aliqua alia forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, eisdem præsentibus, perinde ac si, nihil omissis, hic inserti forent, pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse motu simili derogamus, ac derogatum esse decernimus, contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus publici notarii, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, et sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ decreti, declarationis, derogationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris, pontificatus Nostræ anno quarto.

Sanctio penalis.

CCLII.

Dat. die  
24 novembris  
1803  
anno IV.

Deputatio suffraganei seu vicarii in loco del Paposo pro conversione infidelium in deserto di Atacama nuncupato.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **D**um redemptor Noster Proemium. Jesus Christus apostolis suis spiritum sapientiæ et intellectus ad manifestandum gentibus magnalia Dei, et ad revelandum sedentibus in umbra mortis, quia ipse est Deus sæculorum conspector, misericorditer suscitavit in cordibus; Petrum illum, cui oves suas pascere injunxit, clavesque regni coelorum tradidit, inter illos principem constituit, eique fidelium directionem ad viam salutis uti supremum pontificem pertinere statuit: hinc Nos ad universalis Ecclesiæ regimen, licet nullis suffragantibus imparis, a Christo Domino misericorditer constituti, officii Nostræ debitum adimplere cupientes, quid ma-

jori Dei cultui, et gloriæ, quid animarum saluti conferre valeat, mentis Nostræ acie sedulo considerare nunquam desistimus, ideoque dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici piissimis desideriis obsecundantes, ut orthodoxæ fidei propagationi quoad vires Nostræ suppetunt Deo opitulante consulatur, muneri Nostri esse ducimus postulationibus hujusmodi clementer indulgere.

Expositio pre-  
cuni.

§. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, apud Nos et Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentarius administrator, nomine ipsius catholici regis Nobis significaverit, quod usque ab anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo, eidem regi notitiam pervenit, eximia pietate et labore dilecti etiam filii Raphaelis Andreu y Guerrero presbyteri, in regno de Chile nuncupato, centum leucarum intervallo a villa nuncupata de Copiapò, aliquos habitatores absque ullo catholice religionis auxilio, et deinde ad incognitas regiones aperto aditu, in medio deserti di Atacama nuncupati in loco pariter nuncupato del Paposo majorem habitatorum numerum respective inventum fuisse, quos idem Raphael orthodoxæ fidei præceptis erudiebat, ita ut necessarium fore putaretur, aliquam ecclesiasticam personam designare, cui animarum iis in locis degentium cura committeretur, pro eo quod attempta quatuorcentum leucarum distantia a præcipua civitate præfati regni, nullo alio modo spirituale auxilium animabus hujusmodi subministrari potuisset.

Ratio concessio-  
nis.

§. 3. Cumque idem Carolus rex optime agnovit quod populi isti de potestate tenebrarum erepti, et ad gratiam coruscantis luminis sempiterni perducti, e remotissimis illis locis ad respectivos antistites eorum preces nisi magnis incommodis, et animarum quoque periculis recurrere minime potuissent, ideo juxta votum etiam venerabilis fratris episcopi sancti Jacobi de Chile ad cuius diocesim major locorum hujusmodi pars pertineret spirituali earundem profectui opportunum videretur personam ecclesiasticam ad erudiendos tales populos deputatam episcopali dignitate insigniri, ut animarum populorum

sua curæ commissorum congruo regimino valeret consulere.

§. 4. Nos itaque pastorali sollicitudine votis ejusdem Caroli regis superius expositis propensius annuentes, ac in præmissis omnibus providere volentes motu proprio et ex certa scientia, maturaque deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac fidei catholice propagationem, præcipimus atque statuimus, ut loca illa, quæ divisim ad dioceses de Plata vulgo Charcas, sancti Jacobi de Chile, Tucumanam, et de Arequipa respective pertinerent, ex nunc et in posterum distincta remaneant, iisque in locis unus presbyter vel sæcularis vel cujusvis ordinis regularis in theologia seu decretis graduatus, habilis et idoneus per ipsum Carolum, et pro tempore existentem Hispaniarum regem catholicum, etiam pro hac prima vice deputandus, per Nos ac Romanum pontificem ad episcopalem ecclesiam titulari promovetur; qui præcipue in portibus, et ecclesia sancti Nicolai, et beatæ Virginis del Paposo resideat, illiusque populi tam christiani, quam gentilis, nec non oppidorum, terrarum, et locorum in eorundem territoriorum limitibus, terminis et locis præfatis consistentium, respective spiritualem curam habere, et inibi prædicare, ac etiam per alias personas ecclesiasticas ab eo deputatas prædicari facere, gentilesque præfati, ut ad orthodoxæ fidei cultum convertantur studere, et conversis in eadem fide confirmare, atque baptismi gratiam, ac confirmationis, nec non sacrarum quoque ordinum sacramenta impendere, et tam illis sic conversis, quam omnibus aliis fidelibus in territoriis hujusmodi, eorumque respective oppidis, terris, villis, locis, ac limitibus pro tempore degentibus, et ad ea declinantibus omnia spiritualia munera tamquam locorum hujusmodi specialis delegatus ordinarius, nomine ac vice supradictorum archiepiscopi et episcoporum, etiam absque ulla expressa eorundem licentia ministrare, et administrari quoque facere et procurare possit et valeat.

Tenor concessio-  
nis

§. 5. Ac denique ipsum tamquam archiepiscopi, et episcoporum

Jurisdictio  
cessa novo  
vicario.

prædictorum suffraganeum, et vicarium specialiter a Sede apostolica deputatum cum plena, libera, et omnimoda spiritali, et ecclesiastica, ac ordinaria jurisdictione in foro tam interiori, quam exteriori, omniaque et singula alia, quæ archiepiscopus et episcopi antedicti iis in locis ac territoriis præfatis habere, gerere, et exercere deberent, similiter et pariformiter, nullaque prorsus differentia, prout divini cultus augmento, et populi animarum saluti expedire cognoverit, respective gerere, facere, et exequi; assignata tamen per dictum Carolum Hispaniarum regem annua summa ex aerario regio, suffraganeo, et vicario hujusmodi pro tempore existenti pro congrua ipsius substantiatione persolvenda, de apostolicæ potestatis plenitudine declaramus.

§. 6. Hujusmodi autem suffraganeo seu vicario præcipimus, et mandamus, ut omni diligentia studeat idoneos, ac dignos presbyteros assumere in exercitium curæ illarum animarum, utque loca in territorio sibi assignato, prout fieri poterit visitare, in quem finem liberum omnino ei erit unam potius aut alteram locorum partem eligere, et ad eam sese conferre, in eaque per tempus pro suo iudicio congruum permanere, ac iter prosequi ad curandum illorum habitatorum spiritali bonum, absque eo quod aliquis ex præfatis archiepiscopo, vel episcopis, seu quisvis alius ullam possit in hoc ipsi afferre, aut molestiam aut impedimentum, et de statu eorundem locorum, ac præsertim de baptizatorum numero, de catholicorum matrimoniis, de clericorum ordinatione, deque aliis præcipuis ecclesiasticis rebus identidem juxta opportunitates, cum commoda sese præbeat occasio, archiepiscopum, et episcopos supradictos, certiores respective reddere omnino debeat, et teneatur: atque insuper de memoratis suis itineribus, deque causis illa spectantibus scientes faciat vicereges, gubernatores, aliosque regios superintendentes illarum partium, ut nulla ei desint consilia et adjumenta ad hujusmodi pium opus etiam juxta catholici regis vota feliciter prosequendum.

§. 7. Minime vero dubitamus quod moderari et pro tempore exi-

stentes archiepiscopus de Plata vulgo Charcas, et sancti Jacobi de Chile, de Tucumana, et de Arequipa respective episcopi, hujusmodi dispositioni Nostræ, catholicæ religionis augmentum, et spiritualem animarum salutem tantummodo respicientes, consensum non sint præbituri; verumtamen hujusmodi mandata, ut perfecte absolvantur, ac ad felicem perducantur exitum, venerabili fratri Antonio S. R. E. presbytero cardinali de Sentmanat y Cartellà nuncupato patriarchæ Indiarum committimus, ut ipse per se, vel alium, seu alios ad hoc specialiter subdelegandum, vel subdelegandos, dicto suffraganeo et vicario, loca et limites suæ jurisdictionis assignet, quodque archiepiscopum et episcopos supradictos de hisce Nostris literis certiorando, assensum ab unoquoque eorum promemorati suffraganei, et vicarii deputatione exquirat. Nos enim si contingat aliquem ex iis irrationabiliter ab hujusmodi statutis providentiis dissentiri, ipsius consensui de apostolicæ potestatis plenitudine derogatum esse decernimus; atque ne ullum talis boni operis expedito progressui obstet impedimentum, ex nunc dictum suffraganeum et vicarium, ad liberum plenæ ordinariæ jurisdictionis exercendum munus habilitando, singulas ad id necessarias, et opportunas tribuimus facultates. Præterea si forte accidat, quod minime putamus, aliquas circa res in hisce Nostris literis dispositas oriri quæstiones, volumus ut præfatus cardinalis patriarcha vel ejus subdelegatus, aut subdelegati, eas absque mora dijudicent, solvantque difficultates, et dissensiones componant, ea forma, qua ad orthodoxæ fidei propagationem magis in Domino judicaverint expedire.

§. 8. Decernentes præsentibus literas validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, etiamsi quicumque cuiuscumque gradus, dignitatis, conditionis, aut præminentæ, in præmissis et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, et actione, vel occasione, jus vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis aut plenissime aut minime consenserint; aut ad id vocati, et audi-

Clausula sublata, et decretum irritans.

Monitum ad electum vicarium, seu suffraganeum.

Deputatio executoris apostolici.

ti, et causæ propter quas eadem præsententes emanaverint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut jus vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio substantiali, etiam individua mentionem et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus illam quodcumque juris vel facti aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio similiter concessio et impetrato vel emanato uti, seu se juvare in iudicio vel extra posse, sed eas semper validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere. Sicque et non alias in præmissis omnibus per quoscumque iudices etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, ac alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, prærogativa et privilegio ac prææminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate in quocumque iudicio, seu instantia iudicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane etiam decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus omnibus etiam cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis vel edendis, etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis dictarumque de Plata seu Charcas, sancti Jacobi de Chile, Tucumana, et de Arequipa respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis seu earum præsulibus pro tempore existentibus, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus et formis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis;

quibus omnibus et singulis etiam si de illis specialis, specifica, expressa et individua mentio faciendâ, aut aliqua alia forma ad hoc servanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus, perinde ac si nihil omisso hic inserti forent, pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter et expresse motu simili derogamus, ac derogatum esse decernimus, contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus publici notarii, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ decreti, statuti, declarationis, derogationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris pontificatus Nostræ anno quarto.

Sanctio poenalis.

